

1698.

1. Geismesitt, Joh. Ludovicus: De petitione renovationis investiturae feudi. 2 Saemph.

2. Korb, Johannes Jacobus: De obligatione parentum erga liberos [pag. 65-80 desunt.]

1699.

1. Jahren, Nicolaus, a: De emphasi verbali
" interim h.

2. Muellhausen, Joh. George: De conditione iuris sponsalibus adjecta

3. Fauschifferus, Mr Philippus: De iuris actionis praesudicialis utilitate

1700
1. Greddeus, Johannes: De supremo iurisdictionis dominio. 2 Saemph.

2. Hück, Mr Fridericus: Theses miscellaneae theoretico-practicae.

3. Seiler, Christ. Gumpertus: Privilegia quaedam pariter qui in utero est et casus, in quibus pro fem nato habetur. Re. 1725.

1700

4. Farnschiffner, Wlmo Philippus: De revocatione
donationum ex l. 8 et. fin. C. de rev. donation.

1701.

1. Suers, Franciscus Albertus: De jure boni domini
suum emphyteutae in fundo emphyteutico, ejusque
firmendi modis

2. Hepprich, Comarus: De inventario in genere.

3. Schomburgk, Didericus: De confusione obligationum

1704

1. Gander, Wlmo Hubold: De summa appellabilis
ducta § 4 nota de. 112 et. seq. 2. i. n. de amos

1654

2. Pruck, Fridericus: De potestate prescriptiva
in rebus testamenta privata foris

3. Waldschmidt, Joh. Wilhelmus: De exceptione do.
minis ejusque efficacia

4. Gravius, Augustinus: An et quatenus a contractu
emphyteutici venditionis, data artha, consilire liceat?

1704

5. Zauschiffers, Otto Philippus: De vulgari subti-

tutione

1706.

1. Raesfeld, Johannes: De pactis ipsam rem efficientibus

2. Schiffer, Jacob Albert: De protestationibus judicialibus

libris

3. van der Velde, Cornelius: De in et subinfeudatione
domaniorum principum Germaniae licita vel illicita

libra. . .

1707.

1. Brandt, Johann Jacobus: De prescriptione
feudali . . . 25 exempl. 1707-1713.

2. Pagenstecher, Joh. Friedr. Wilhelm: De jure sacrorum

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



THEMIS INTERIMISTICA

B. 49.
F. 2. num. 16.

h. e.

Dissertatio Inauguralis Juridica

4

De

EMPHASI VERBULI

1699, 1.

INTERIM,

Quam

ADJUVANTE SACRO-SANCTA
MONO-TRIADE

Ex

DECRETO ET AVTHORITATE

Magnifici Amplissimi atque Consultissimi

CTORVM ORDINIS

IN

ALMA HAC MARBURGENSIUM CELEBERR.

PRO

LICENTIA

Capessendi Juris utriusque summos honores

Publico atque solenni

Excellentissimorum ejusdem Academiae Procerum

Examini

Sistit & submittit

In illustri Ictorum Collegio

ad d. 17. Aug. M. DC. IC.

NICOLAUS a DOHREN

CATTO-CASSELLANUS.



MARBURGI CATTORUM,

Typis hær. JOH. JOB. KÜRSNERI, Acad. Typogr.

ZVHALLE



THEMIS INTERMISTICA

De Officio Magistratus Juridici

EMPHASI VERBUM

INTERIM

ADJUVANTE SACRO-SANCTA
MONO TRADE

DECRETO ET AUTHORITY

Magistri Augustini et Consilii

ACTORVM ORDINIS

IN
ALMA HAC MAREBERGENSIVM CELEBERR.

P. R. O.

LICENTIA

Capessendi Juris utriusque summos honores

Publico utique saluti

Excellenssimorum quondam Academiarum locorum

Magistri

et Consilii

In illustri Collegio


ad d. 17. Aug. M. DC. 10.

NICOLAUS & DOHREIN

CATH. CASSELLANIS

MARBOURG. CATH. FORUM.

Typ. Joh. Jos. Kirsner, Acad. Typogr.





Q. D. B. V.

Lector Patrone & Amice!



Uod veterum ille *ſ*torum inclytus
Cajus l. i. ff. de O. ſ. cuilibet aulpica-
 to rerum momenta exponere ſatagenti,
 exemplo in clamosi fori arena cauſas
 perorantium deducto, graphice argu-
 mentando luculenter commendatum
 ire inſtituit, id equidem [prouti *Impe-*
rator noster in l. i. pr. ff. de in integr. reſt.
 ait] non eget aliqua commendatione,
 quod ipſum ſe hoc oſtendit. Proinde nihilo ſecius iſthoc protri-
 to *Oratorum* *Ανευ προοιμιῶν* atque *Celeb. ſ. Gothofred. ſtorum*
perſpicaciffimus in *praefat. ad R. I.* illo *Illuſtris Seneca* dicentis ni-
 hil ſibi frigidius videri quam *legem cum prologo*, commotus, ſe-
 cundum hoc *Caji* aſſertum inconueniens admodum juxtim & ne-
 faſ fore ratus ſum, niſi ingenioli aliquod monumentum in lucem
 editurus & ipſe in hanc urnam meum calculum jaſtitare, aliorum-
 que exemplo incenſus brevibus exordiri niterer. Scilicet qua-
 driennium eſt & quod excurrit, ex quo *Camænarum* hujus *Cele-*
berrimi Lycei ſeceſſum inuiſi atque *Apollinis* caſtra ſecutus ſub
Themide ſtipendia quædam promereri virili niſu contendi. Con-
 tigit verò, ut tandem *Authoritati* atque *conſilio Fautorum & A-*
micorum diutius refragari nolens, dulce *Patriæ* ſolum reuiſere me-
 cum conſtituerim: quod ipſum equidem, cum togatæ *Palladis* mi-
 litia antehac nomen meum dediſſem, ſine comœatu aliquo ab-
 hinc diſcedere valde indecorum futurum arbitratus ſum. Cepi
 dehinc id conſilii ſalubre atque animi abdita coram *Inclyta Facul-*
 tate

[ZV HALLE]

itate Juridica reclusi, abs qua decernebatur honesta dimissio Ju-
re equidem exclamabam & merito cum *Venusino Poëtarum*
Ocello:

Quanto quisque sibi plura negaverit,
A Dis plura feret. l. 3. C. Od. 16.

Jam vastum *juris* pelagus spissaque peragrabam *ſtorum* volu-
mina, nihil magis ambiens atque commodam ansam more *Majo-*
rum tyrocinii quid deponendi. Verum nullus ego cernebam, qui
è meo prædiolo ejusmodi quid provenire posset, quo *erudito seculo*
fieret satis, ne dicam, salivam moveret. Tandem pensculatius
rem expendentem ex arena consilium me capere jubebat inevita-
bilis necessitas, quæ ab *erudito Orbe* facile, mihi pusioni ad alios
literarum *Atlantes* veniam adpolliceri fategerat, si quidem in eo
erraverim, quod declinare ne quidem difficulter poteram. An-
xius dein ac dubius nullus hæsi, quin quorumcunque Cordato-
rum favoris fiducia fretus intrepide optionis aleam subierim, ubi
in multis demum præ aliis arrisit *ad INTERIM*, conceptu litera-
rum sic satis exiguum, vi tamen & efficacia amplissimum; idque
propter hoc ipsum vel citra ullam obtentam remoram actutum
discutiendum suscepi, hujusque *emphasin*, ceurubrum ostendit,
passim in *Jure* expressam, pro parte virili, brevi dissertationis cona-
tu retexere decrevi. Enim vero et sine dubio sentiet & hoc argu-
mentum ob vilitatem, quam præ se fert, sua fata, sed me fors excusa-
bunt cum *Magni ſcti*, quos in similibus Duces habuisse vel unice
(postquam *Momi* aculeos modeste excepi) gloriabor, tum quod
hic *Hylas* vel plane non, vel saltem ad nauseam in Scholis non sit
decantatus, neque in commentariis adeo protritrus. Adjice quod
hoc ipsum & bene multi veterum *ſtorum* factitas se legantur,
sicuti ex *Pandectis* nostris, illo *Justitia Romana templo* (sic
enim hæ ipsæ in §. 20. *de confirm. Digest. ad Sen. & omn. pop.*
appellantur) liquido adparebit, si modo ultro aliqui per *Veste Sa-*
crarium ipsa *Themidos* penetralia adire nulli detrectaverint. O-
stendet enim se totus de *Legat. 3. liber*, in quo [notante & id *Go-*
thofredo ad l. 1. d. r. lit. a.] tanta cura tantoque molimine vel *Pri-*
micerii ſtorum verborum proprietates ita venari fategere, ut
quid chartæ quid ligni, quid lanæ & lini appellatione veniret, nulli
reticuerint; adeo ut ex *Principibus Oratorum Quintilianus l. 5.*

c. ult. horum summum circa verborum proprietatem laborem jure meritoque laudaverit, quin ea propter Ulpianus indagator nominū, Græca expressione, belle appellatus fuerit, ceu ex Athenæo hoc ipsum oppido claret l. 14. de rat. Sophist. Cujac. 24. obs. 39. in fin. & in recit. ad l. 141. de V. S. vid. Barbos. & Tab. loc. commun. l. 19. c. 11. axiom. 17. in cancellis, quæ Taboris analec̃ta habentur. Præterea, qua crisi etiam hi ipsi Astræe Sacerdotes seduli de dictionibus atque particulis aliis alia memoriæ prodiderint è LL. 38 §. 1. 54. 63 & passim d. t. ibique Gloss. junct. Dn. Brunnem. h. satis, opinor, adparet, quorum demum insigni studio indefessoque labori debemus aureum illum titulum ff. de V. & R. S. qui quidem juxta Inclytæ famæ ꝑ Ct. ꝑ. Gæddæum, in præfat. ad d. t. Pandectarum quasi quadam epitome & ἀνακεφαλαιώσις, quemadmodum à ꝑ. Gothofredo alter ejusdem pretii de R. I. in præfat. ad hunc, Opus Eclogarium quam commode audit. Et quid pluribus? Dum, ut paulo ante dictum fuit vel recentioris ætatis Celeb. Doctorum calculi hunc meum qualem qualem conatum facto suo quasi præjudicio aliquo comprobare videntur, quorum nubem in testimonium adducere equidem ex difficili nequidquam foret, nisi paulo majora cecinisse instituti ratio postularet. Idcirco tantum abest, (ne longius extra oleas divager) ut Misocalos hos meras contra ineptias garrire gestientes morer, qui potius recto tramite ad præstitutum pergam, satis certe præsidii in eo mihi locatum autumans, si quidem præmemoratorum per id fastigii Virorum vestigia saltem repisse contigerit. Verum enim vero prius atque ad rem me accingere institua, paucula & de methodo, qua in præsens utar, dixisse juvabit. Enimvero haudquaquam me latent ea, quæ in vulgus nota feruntur ab iis, qui in trivio quadrivioque versari amant de Synthetica methodo atque Analytica, queis Practici æque atq; Theoretici communiter delectari assolent, magnumque sibi in iisdem præsidium quæsitum eunt; nec ignoro, quod hanc differentiam explosum eat Celeb. Puf. (quem Clariss. sequitur Thomas. in Introd. sua Germ. Logic. c. 12. §. 31. & Id. in diss. præm. ad Inst. Ipr. div. §. 23. ubi cæteris paribus arbitrariam statuit methodum) per ea, quæ tradit in præfat. Elem. Ipr. Univers. quæ quidem satis speciosa sunt nec vulgaris salivæ. Verum hæc in præsentia rerum, dum magis necessaria me devocant, non tango & cuique

12 V 11111111



suæ opinionis fructū hac de re linquo, quin, ne male judicando litē
 hanc meam faciam, de utriusque partis opinione jam sententiam
 non fero, sed dico, quod *Gellius de Varrone l. 1. c. 18. meum non est
 iudicium.* Quicquid demum sit, methodo aliqua utendum esse
 in re quapiam rite pertractanda, ne ὄσπερ πρότερον agatur, & sic
equus percaudam frenetur, ceu ex Baldo jocatur *Musa Pra. No-*
biliss. & Exc. Dn. Zaunschliff. vel oculo canonis [ut loquuntur
 Canonistæ] carioris Præceptoris nostri, summè suspiciendi, in ap-
 primè illo erudito tractatu *de Off. Ind. supplet.* extra dubitationis
 aleam positum mihi esse persuadeo; in primis cum bona methodus
Thesei fili vice fungatur, quo sine è tot tortuosis rerum mæandris
 atque labyrinthis vix aliquis emergi potest, quin, statū ad instar
 alicujus Mercurialis est & viam ostendit *arg. §. 2. Inst. de Inst. &
 Jur.* Quamobrem ex eo demum est, quod quasi regiam hanc viam,
 quam plurimi Jurorum, ii que *Magni & Celeberrimi* exquisito stu-
 dio contrivere, elegerim, filumque *comptissimi* illius (ita enim In-
 stitutiones vocantur à *Cujac. lib. 11. obs. 30. ut Osterm. in Rationali,*
παραρ. & Manz. ad Inst. in proem. ad §. 4. n. 9. memorant) In-
 stitutionum libri tanquam helycen & cynosuram, sic ut nec affinis
 materiæ atque connexæ oblitus, securus fuerim, quo & memoriæ,
 quæ labilis admodum atque infirma *l. 44. ff. pr. de acquir. vel
 amit. poss.* & ingenii imbecillitati hoc passu consulere. *Hæc
 enim Institutionum compages* (verba sunt *Celeberr. Holtermanni
 Academia* hujus quondam *Antecessoris ad Inst. disp. 1. de Inst. &
 Jur.*) potissima sui parte tam bene coheret, ut memoria iudicioque
discentium satis à Triboniano consultum sit. Supervacaneum
 delinc existimo, ut plura de hac tractandi ratione, ultra hæc ipsa
Magni Itri verba commemorem, pluribusque hanc ipsam vel
 commendem vel probem, quod ab injuriis *Zoilorum* forte satis se
 ipsam vindicat. Malui igitur hac vice ob præfata rationum mo-
 menta cum Imperatore nostro (*Authore Holtermanno*, cujus ver-
 ba hæc itidem laudo) in leges methodi impingere, atque cum aliis
diversis methodis inire, quibus egregie & acriter obloquitur Cu-
jac. in ff. ad tit. de mandat. Sed cum odiosa res sit *Circensibus*
 pompa atque inimica legibus verborum prolixitas *l. ampliorem §.
 in refutatoriis C. de appell.* præclusionis ergo hæc dicta sufficiant,
 qui jam citra ullam remoram cymbulam meam paulatim in maris
sæva

ſava deducam. Quo vero hæc ipſa cymba: mea clavo, anchora, pyxide, ſic ſatis leviter [ut ingenuè fateor] communita, portum nihilominus ſuum feliciter pertingat, ad illos in primis montes, cum Pfalmiſta oculos meos attollo, unde auxilium meum, ad Te, inquam, Clementiſſime Deus, ſolicitiffimi pectoris mei ſuſpiria fundo, Teque precibus calidiſſimis ſupplex devenerabundus hoc exoro, ut leniſſima Spiritus Tui S. aura hanc miſellam cymbam regere, tempeſtates cohibere, a ſcopulis & ſcopeliſinis ſervare, lætiſſimoque denique poſt iter emenſum portus præſidio placide frui benigniſſime concedas. Abs Te vero L. P. & A. precibus admodum enixis contendo, ut jam oram ſolventi ſufflamen haudquaquam injicias, ſed favoris Tui Zephyro ſpirante hanc meam fluctuantem carinam pro æquitate animi adjuves. Qua pulchra atque ſpe firma fretus navim conſcendo & paro antennas, quarum erit inſigne illud ipſum *Caroli V.* notum & ſermone tritum
 P L U S U L T R A.

CAPUT PRIMUM.
 MEMBRUM PRIMUM.
 THESIS PRIMA.

V Eterum nec non ſequioris ætatis *Dædri* veſtigia ſequi annitens citra aliud meique tædium futuram autumavi, ſi quidem præcedentis proximè tenore prologi & juxta eodem ſub diſſertationis auſpiciis paucula præmitterem, queis tanquam pulvere Grammatico, *Ictorum* aream adſpergerem. Et quando quidem juxta *Philofophorum* filios principium in omni diſputatione & re eſt nomen *vid. Wiſſ. ad pr. ff. de V. & R. S.* licque de ſimpliciſſimis accurato gradu paulatim ad magis compoſita gradiendum, equidem de quo potius auſpicarer atq; iſtis verborum etymis, queis in iſtam rerum cognitionem accuratiorem nos provehi liquidiſſimi juris eſt, uti id ipſum in aliis ad longum ex literatorum Principi-
 A 3 pum

IZV HALLER



pum penu evincere satagit C. Becman. de propr. signif. voc. in Manud. ad L.L. p. m. 139. & seqq. ad quem plura de vocum evolutionis utilitate delibare gestientem legamus. Constitui hinc mecum, prius atque in alta importuosaque maris proveherer paulisper hæc cymba mea in Philologici studii lacus uideo luderet. Verum quo de acturus sum prima phylurarum facies haud dubie luculenter pandet, quod dissertationis auspicia distincte *Emphasin verbuli* INTERIM præ se ferunt. Ex quo facile, nisi quis peponem pro corde aut fungum pro cerebro habeat, deprehendi potest, quod heic nolim nuda verba venari aut originationum lusus, ceu *ICTi veteres* haud infrequenter facere sueverunt vid. *Wissenb.* p. 1. *dispu.* 1. *th.* 8. & *d.* 18. *th.* 1. in quo & aliquando ridiculi, imo & inconditi *Id.* p. 1. *d.* 12. *d.* 19. & *d.* 43. *d.* 25. & *adl* 72. *ff. de V. & R. S.* *add. Bachov.* in *not. ad V. Vesenb.* n. 7. in *fin.* *ff. ad exhib.* & n. 4. *ff. de usufr.* aut in iisdem artificiale quid, quale *Ethicorum* curiosi de barbaris suis *Sispa* & *Sabigia* crepare instituunt, sed in hoc unum ingenii nervos intendam, quo dictæ voculæ in *Iure* nostro dispersim expressam potestatem & vim evolutum eam. Præterea, ne etiam de vocum syllabis literisque elementariis integrum aliquem tractatû, qualem *Orator* conscripsit *Messala*, conscribillare videar, non ad pulvisculum, ut ajunt, literas discutiam, sed ita verborum evolutioni paucis litare conabor, ut quantum in virium mearum fano atque luco erit, juxta illud sermone tritum, verborum priorem rerum potiore rationem habeam.

TH. II.

Hsigitur præmissis sine longiore aliquo verborum syntactate ilico ad id me componere gestio, quod magis ad rhombum, ut ajunt, facere intelligitur. Quo planius
vero

vero atque distinctius procedam, operæ pretium, puto, fuerit, paulo altius in verborum originem inquisisse & indolem. *Emphasis* itaque, ut rem ab ovo arcessam, est vox Græca, quod nec minorum gentium Grammaticos fugit, composita ex $\epsilon\upsilon$ & $\kappa\alpha\iota\upsilon\omega$, & coincidit quoad effectum cum Græcorum $\epsilon\mu\phi\alpha\sigma\iota\varsigma$, Latinis eadem vis & efficacia audit. *Emphasis* vero seu efficacia vario sermonis usu exprimi sœvit, adeo ut vel in tropo latitet, vel ut occulto sensu significationis altior intellectus intendatur, vel denique, ut hæc ipsa in simplicis & nativi verborum significatus effectum ponatur, sicuti id *Vossius Inst. Orat. l. 4. c. 12, p. m. 233.* liquido ostendere nititur. Ut igitur plura in pauca conferam, posterior mihi semel utcumque arrideat *emphaseos* acceptio, quod eam in effectum positam capio, cœu sequentes pagellæ ubertim testabuntur.

T H. III.

PRæterea *verbulum*, ad cuius discussionem rei series nos vocat, est diminutivum, cuius primitivum dicitur *verbum*. Id vero, quod communis Doctorum calculus probat, dicitur à *verberatu* teste *Scaligero c. 110. de c. L. L.* quem laudat *Becman, in Manud. ad L. L. p. m. 48. & 1142. & Voss. Etymol. L. L. voc. nomen p. 344.* eo quod vox sit æris impulsu sonus; & vero vox linguæ volubilitate significanter articulata dicatur *verbum*. Quo sensu & *ICtus* in *l. non figura 38, ff. de O. & A.* vocem lingua figuratam scripturæ contradistinguit. Quod idem *Plautus* firmare videtur apud *laud. Auth. Becm. in Amph.* quando dicit. *Voce facit verberare aures Mercurii. & Trucul. act. 1. scen. 2. Me illis quidem hæc verberat verbis. Add. insuper Ampliff. ICt. Dn. Gædd. Comment. ad rubr. ff. de V. & R. S. licet in aliis & ipse Vossius verius putet *verbum* dici vel à Græco $\epsilon\gamma\kappa\omega$ vel Hebræo קָוַר *Etymol. L. L. voc. verbum*, quem consu-*

las

[7]

las sis, meliori, nec forte citra applausum, ratione subni-
sus atque illi, qui hoc de veritate deducere amant, uti
Varronis de hoc iudicium legitur. Quo vero tempore
(quod *ὡς ἐν ἀπόδῳ*) voces articulare didicerint morta-
lium ingenia, de eo oppido insignis memoriae prodita le-
gitur fabella à *Diodoro Siculo l. 1.* quam quæsitissimæ do-
ctrinæ *Vir S. Puf.* in aureo illo libro de *I. N. & Gent. 4. c. 1.*
S. 3. refert. Ex quibus memoratis jam quid *verbuli* ap-
pellatione heic veniat, siquidem quis in frontispicio hoc
dissertationis radiare advertat, facile dignosci potest, eo
quod substrata materia non verborum complexum, sed
simplex & unum præ se ferat vocabulum, ad quod digi-
tum velut intendisse me oportuerat, ut eo clarius adpa-
reret, non angustiorem illam *verbi* nomini contradistin-
ctam, sed latiore, attamen unius solius me sectari signi-
ficationem satagisse.

TH. IV.

Verum ne de re æque exigua atque vel Grammatices
tyronibus notissima tanquam de re excellentioris
characteris, quemadmodum ille [cujus *Vossius Inst. Rhe-
tor. l. 6. c. 4. p. m. 456.* meminisse legitur] qui fluviolum
quendam è montium incultis in maris æstum ruentem
describens vivis quasi coloribus & *Nilum* & *Istrum* depin-
xerat, justo verbosior deprehendar, hæc tanquam facilia
mitto & stylum verto ad ipsam velut arcem rei, *verbulum*
scil. **INTERIM**, de cuius etiam etymo & significatione
paucula prælibasse haud abs re futurum autumo. Heic
vero non prolixè disputabo cum manibus acutissimi non
minus ac rigidissimi Grammaticorum *censores* (satis alias
speciosa & notabilia tradentis) *Grosippi* (uti is *Vossio* dici-
tur) alias *Sciappii*, qui istud vocabulum, quod partes ora-
tionis concernit, ad Præpositiones referre studet, quin
potius

potius id *Viri* acuminis aliis Grammaticorum Principibus discutiendum relinquo, & pro maturando instituto aliam in præsens viam magis necessariam tero. Consideranti igitur, unde hoc verbuli conflatum, facile adparet, illud compositum ex *inter* & antiquato *IM* pro *eum* vel *eam* q. d. *inter eam* sc. rem, uti ex Cicerone, Plauto, aliisque scriptoribus luculenter probant *Celeb. G. I. Vossius Etymolog. L. L. voc. interim & laud. Scioppius Inst. Grammat. p. m. 158.* & hoc quidem ἀρχαῖος à Nominativo *Is*, quod *Gothofred.* notat *ad fragm. XII. tabb. de religios. & sunt. fun. lit. c. Idem* ; de *privatis del. lit. b.* teste *Festoin* voc. *Im.*

TH. V.

PRæterea hanc voculam *Im* pro *eum* Antiquitatem usurpasse, præterquam quod hoc satis sit liquidum, etiam vetustiores legum confatores passim testatum reliquere, uti hoc ipsum in aliis emunctissimæ naris scriptor *Cyriac. Lentul. Antecessor* hic quondam *Celeb.* in libro suo *de Stat. Rei Rom. p. m. 348. e fragmentis LL. XII. tabb. vetustiorum Codicum* hanc legem adducendo comprobatum it ejus tenoris: *Neive ausom adduito. Ast quoi auso dentis vinctei sient, im cum oso sepelire urereve, se fraude liceto.* Cui commode jungenda videbatur lex *Numæ Pompilii*, quam refert *d. l. Idem p. m. 351.* intentionis aciem corroborans hæc: *Sei hominem folminis occisit, im sopra genua nei tolito.* Ubi *laudatus Author* voculam *im* rectissimè vertit in utraque *eum* juxta *Festi* opinionem & *Gothofredi d. l.* solidam. In effectu ergo, quod ex dictis colligi facili negotio, ut reor, potest, nihil aliud hoc vocabulum indigitat, atque id, quod pendente aliquo rei momento intereat temporis fieri suevit, vel factum id inter prius & posterius momentum, quo alius vel aliud agit vel quiescit, ceu *Vossius* ad hanc voc. in *Etymol. L. L.* id belle ad-

B

notat

12 V 11111111

notat & plaustra Authorum, qui hæc ipsa firmanit, adducit *Godeschal. Steuuech, Husdan, de partic. L. L. voc. interim p. 152.*

TH. VI.

Quoad synonyma denique & æquipollentia verba, haudquaquam heic moneri necesse est, hanc ipsam voculam cum iisdem: interea, interibi, interea temporis, donec, & quæ sunt alia, ejusdem valoris esse, cum hæc notissima sint, & è Lexicis in primis *Briffonii* suffertim hauriri possint, quin, quorum etiam singulorum in jure usum & valorem quoad ejus fieri poterit, pro virili sequentibus retexere conabimur. Id tamen est, antequam hanc Philologicorum aream linquam, quod adjici & notari meretur, quod voculæ *interdum* & *interim* reciprocam aliquando sortiantur significationem, ut sæpe laudat *Vossius in Etymol. L. L. ad hanc voc.* advertere instituit; de quo etiam asterisco notanda ex omni *Eruditorum* penu concumulata *insignis eruditionis Vir I. C. Interus Lex. Briffonii* insertum ixit, quod evolvas sis in *interim.*

TH. VII.

Hæc occasione, quod & commode heic referri videtur, nec tacitus prætereo famosissimum istud adversus Protestantium religioni addictos à *Carolo V.* quantumvis sub specie religionis conciliandæ gestum bellum nonnullis dictum *Interimisticum*, quo (ut paucis rem enarrem) *Imperator Carol.* Protestantes Imperii Status armis & pennis, astu & ausu, dum de *Concilio* agebatur, ut vel suæ religioni renunciarent vel concinnatum illum ipsum ex diversarum religionum capitibus librum INTERIM, *Sphynxem* illam *Augustanam* (uti *Dresserus* hunc librum appellat *de Urbib. Germ. p. 617.* qui & aliis religionis monstrum,

strum, scortum, quin & idolum audit Sveder. P. Gen. c. 3. S. 18.) susciperent, tentabat adigere, De cujus parum felici libri fato, belli ortu & exitu lege sis *Sleidan. l. 20. & 21. Burgoldens. de Not. rer. illustr. I. R. G. p. 1. d. 1. S. 34. & 48.* qui de hoc ipso inter religionis (si ita cum ipso licet) libro *Magdeburgensium ex declaratione sua excerptum judicium,* hisce notavit: Das Interim ist ein Eingang zum Verderben an Leib und Seel. Et paulo post: Es ist auch so weit dieser orter mit dem verfluchten Interim kommen / das man Hund und Katzen darnach genandt / und auff Bretspielen gespielet / gefluchet und gesungen:

Seelig ist der Mann /

Der Gott vertrauen kan /

Und williget nicht ins Interim,

Dann es hat ein Schalk hinter ihm.

Hæc sunt, quæ pro ingenii mei tenuitate de rubri etymologia ejusque occasione præmississe necessum duxeram. Sed ne *ὄργε τὰ ἐναυπύερα*, ut ajunt, progredi videar, hæc pauca crassa & rudi Minerva dixisse sufficiant, qui, quippe quod longius atque constitueram circa littoris amœnalem lumbum lusitare siverim, rates nunc *Neptuno* prorsus committo & plenis velis in altum proveho, quin iam

vela vocant tumidoque inflatur carbasus austro.

MEMBRUM II.

THES. I.

Vlcina itaque littoris pone me linquens & in altum provehens, quo *Charybdim* æque atque nautis infestissimam *Scyllam* evitem, haud abs re, puto, fuerit, si quidem cursum meum juxta præfatam methodum,

B 2

dum,

IZV HALLEN

dum, tanquam nauticam pyxidem composuerim, præsentemque materiam secundum *Caji in l. 1. ff. de stat. hom.* non inconcinnam Juris nimirum universi distributionem (quæ *Ius Personarum & Rerum* in genere constituit) in *personas, res & actiones* (juxta quæ *tria juris objecta* Imperator aliquando integros Institutionum titulos examinare satagit) ut *Manz.* notat ad §. *fin. I. de I. N. G. & C. n. 7.* sicut nec materias affines vel connexas præterire, dispertitus fuerim. Circa *personas* vero notandum est, quod *earum* status strictè scilicet sumtus (de latiori vero significatu & quatenus *has Entia moralia* distinguunt lectu dignissima tradit *Illustris Pufendorf. l. 1. c. 1. §. 12. de I. N. & G.*) est triplex, *libertatis, civitatis & familiae*; quos singulos pro ingenii mei modulo, ut *res patitur* (ceu *Imperator in l. 2. ff. de stat. hom.* ait) sequentibus hujus capituli positionibus tangam. Id tamen prius moneo, me haud inconsulto de servorum conditione pro re nata heic egisse, eo quod facile me Doctorum argumentis adduci passus fuerim, ut crediderim, si quidem hanc materiam inter Christianos, quoad bello captivos nullus locus relictus sit, saltem quoad colonos aliquos, adscriptitios & homines proprios (ad quos referuntur *Wilderfangit in Palatinatu & Franconia Wildfänge / Reichsleute / ankommende Leute*) uti pro diversitate locorum appellantur *Burgold. Not. Rer. Illustr. Imp. P. 1. D. 26 §. 8. p. m. 463. & seqq.* ducto saltem argumento à simili aut analogia *VViss. p. 4. disp. 6. ad R. 1. 32. §. 6.*) hæc ipsa non ita prorsus ex omni foro, quasi servorum in orbe Christiano nec vola nec vestigium supersit, eliminanda sit *vid. Hoen.* hanc sententiam Doctorum nube probans *ad l. 20. ff. de R. I. l. 3. disp. 4. Johann. Herm. Stamm. Tr. de Serv. Manz. ad §. fin. Inst. de libert. §. & omnes n. 33. & §. 1. n. 5.*

n. s. Inst. de his, qui sunt &c. Excell. Dn. Pagenstech. ad tit. I. de Iur. pers. aph 25. licet non omnis eadem sit ratio Vultej. ad §. servi autem Inst. de Iur. pers. quæ, ut ait Idem, ex usu magis atque ex Scholis haurienda.

TH. II

STatus itaque primus, de quo nunc agendum est, seu quod minus proprie idem audit *caput* (ex quo capite quis diminutus dici suevit) est *libertas*; circa quam notari meretur (1) quod, si ancilla prægnans manumissa & ex causa denuo servitutis jugo subacta *Interim* pariat, hic partus liber habeatur *l. 5. §. 3. ff. de stat. hom.* (2) Idem dicendum, si ob ventrem supplicium differatur & imprægnata *Interim* pariat *d. l. §. 2. ubi & Dn. Brunn.* (3) si mulier ancilla sub pacto manumissionis relicta sit, & mora commissa *Interim* pepererit *l. 53. ff. de fideic. libert. l. 22. de stat. hom.* (4) Adjice quod, si quæ, cui ex fideicommissio libertas debebatur, in libertate morata *Interim* quem enixa sit, hic liber, imo ingenuus habeatur *l. 4. C. de fideic. libert.* (quid vero sit *in libertate morari* docet *Gothofr. ad l. 3. lit. i. & d. l. 4. C. lit. m. eod.*) quamvis ex *serva l. 14. C. de fideic. lib.* corroborata per *l. 1. §. 1. ff. de suis & legit. verb. nec mirum &c.* quod quidem contra communes Juris regulas, cum is prius ex ratione juris manumittendus erat *l. 53. l. 26. §. 1. ff. de fideic. libert.* Verum notum est vel prima Juris elementa degustanti, contra has antiquos legum latores libertatis favore multa statuisse *§. fin. Inst. de donat.* modo libertas ab ea petita sit, alias *interim* nati habentur servi *d. l. 4.* Adde *Exc. Dn. Zauschliff.* notabilia ad hanc rem facientia & creta notanda ex *Goldast. & Tabor. Relat. Argent. tradentem disp. de Iur. grav. & grav. th. 2.* (5) si quis ex testamento in libertatem proclamet ex quadam familia ob necem suspicionis

allivrol

B 3

postu-

12 V HALLEN

postulata, *interim* differatur liberale iudicium, dum de suspecti innocentia cognitum fuerit l. 7. §. 4. ff. de liber. caus.

TH. III.

Huc (6) referri debet casus l. 7. ff. de her. pet. ubi quaeritur; si servus heres testamento scriptus pro libero se agat, & filius exheredatus ex inofficioso agere nolens huic servo status controversiam moveret, quid juris? Et ex ipsa l. resp. quod *interim* istud liberale iudicium differri debeat, donec testamenti facta sit cognitio. Add. Celeb. Dn. Brunn. ad d. l. 7. (7) si quis familiam vendiderit & re nondum tradita servum hereditatem manumiserit *interim*, is liber erit l. 3. C. de his qui à non dom. man. (8) Eadem libertate gaudet, si quis duobus servus legatus sit & deliberante altero, alter ipsum *interim* manumiserit l. 31. ff. de testam. mil. quod olim obtinebat & quidem in militibus propter jus accrescendi, ut ad d. l. 31. notat Gothofr. add. §. Inst. de donat. & erat tertius modus de I. C. acquirendi dominium Manz. ad §. fin. Inst. de donat. Quem modum vero Imperator Iust. per Const. & generalem sanctionem non habita militis aut pagani differentia l. 1. §. 1. C. de comm. serv. man. traditam sustulit, ita ut communis servi socii necessitate adacti pro sua parte pretio sibi certo juxta cujusque qualitatem assignato §. 5. d. Const. in servi manumissi libertatem consentire debeant. Similis monetæ decisionem quoad homines proprios laudat e Jure Bavarico tit. 4. art. 9. in fin. verb. Wo auch einer zweyent Herren mit einander leibeigen ist &c. Manz. d. §. fin. Inst. de donat. num. 10.

TH. IV.

Porro (9) servus, cui libertas ex fideicommissio relicta est, dum manumittitur *interim* ejusdem conditionis
 fervilis

servilis habetur l. 45. §. 2. ff. de fideic. libert. adeo ut is in-
 terim recte legetur d. §. 2. pignoretur l. 1. §. 1. ff. de pign.
 vendatur l. 35. ff. de statulib. attamen cum sua causa d. l.
 45. §. 2. arg. l. 36. ff. de statulib. ut infra suo loco videbi-
 mus. (10) Statuliberi ante remotum suspensionis ob-
 staculum interim servi hæredis sunt vid. Vlp. in fragm. 1.
 2. §. 2. adeo ut noxæ dari interim possint l. 15. ff. de noxal.
 act. VVissenb. ad l. 109. §. 1. ff. de R. I n. s. ibidemque laud. P.
 Fab. & diserte, salva tamen libertatis spe Idem in l. 9. ff. pr.
 de statulib. & l. 12. §. ult. ff. de fam. herc. sic ut, si quos sta-
 tulibera interim enixa sit, hæredis servi dicantur l. 16. ff.
 de statulib. l. 26. §. 5. ff. de fideic. lib. l. 3. C. eod. libertati
 tamen mora commissa haud obest d. l. 3. Illis vero ob-
 stant l. 14. ff. de quest. l. 9. §. 16. ff. de pæn. ubi statuliberi
 sicut pure liberi puniuntur. Ad quas Doctores varii varie
 respondent & antinomiam inter easdem & l. 29. pr. ff. de
 statulib. alias evidentem distinctione solvere satagunt, uti
 videre est ap. Ioh. Volckm. Bechm. ad ff. l. 3. de stat. hom.
 Struv. Evolut. ad th. 50. Ex. 40. VVissenb. disp. 5. ad Inst. th.
 5. & ad ff. p. 2. d. 17. §. 18. Addatur insuper & aliarum le-
 gum nodos solvens Hænon. ad ff. disp. 1. controu. 20. ibi-
 demque citata ab Ipso Doctorem caterva, ubi post alias
 tradit & Roberti Aurelianensis distinctionem inter judicia
 publica, de quibus d. l. 29. & privata, de quibus reliquas
 intelligit; quam tamen carpit & non admittit Anton.
 Mercator, ut Gothofr. notat ad d. l. 14. ff. de pæn. lit. p. qui
 detracta larva Cujacius audit, docente VViss. ad l. 3. §. 3 de
 R. I. ubi is utriusque adscititii coloris, sub quo in publi-
 cum prodire, seque invicem acuere, nomina exponere
 amat. (11) Denique, si sub conditione manumissus est
 servus, interim hæredis habetur servus l. 6. ff. de man.
 testam. (12) Liber homo ab hostibus captus, & sic in-
 servi-

servitutum tractus ante postliminium *interim* servus est
 §. *item ea, quæ* 17. *Inst. de R. D. l. 7. pr. ff. de A. R. D.* cujus
 equidem servitutis rigor apud nos Christianos bene da-
 dum inoluit; nihilominus imaginem ejus nos retinuisse
 vel satis arguit lytrum (*die Rantzion*) quod captivi ali-
 quando pro libertate pristina recuperanda pendere de-
 bent. Cæterum (13) ingenuo licet jam dum manu-
 misso haudquaquam *interim* in servitute fuisse nocet §. *r.*
de ingen. pr. l. de libert. hos enim natalium veritas tue-
 tur *l. 7. C. de ing. man. & passim h. t. Donell. l. 2. c. 11, in fin.*

MEMBRUM III.

THES. I.

HÆc de primo, *libertatis* nimirum capite, jam trans-
 itum facimus ad reliqua duo, *civitatis & familiae*. Et
 primo quidem de *civitate*, ubi paulo altius rem expen-
 disse operæ pretium sumemus. Scilicet antequam *Impp.*
Antoninus ingenuos *l. 17. ff. de stat. hom. & Justinianus Nov.*
78. c. 5. libertinos jure civitatis Romanæ donarent prisco
 Romanorum tempore res ita comparata erat, ut si quis
 aut legis aut hominis beneficio libertatem consecutus
 fuerat, non æque statim jure civitatis, atque ejusdem pri-
 vilegiis gauderet, quippe quod ipsum hoc virtutis pretiū
 & singulare habebatur *Impp.* beneficiū. Uti hoc ex *Sigon.*
l. 1. de Antiq. Jur. Civ. in primis Rittershus. in XII. tabb. class. 2.
c. 3. atq; aliis probat Sutholt. diss. 2. aph. 1. pr. Quod ipsum in
 antecessum notasse necessū duxi hæctenus, ut liquido con-
 stare posset, ex quo fonte hocce *Ius civitatis* fluxerit or-
 tumque suum traxerit, ex quo civis quis, isque vel nobilis
 vel plebejus vel peregrinus *arg. l. fin. ff. de cap. min.* dici-
 tur, & secundum caput absolvit; de quo ex ordine insti-
 tuti paucis agemus, quæque circa illud scopo nostro in-
 servien-

servientia noranda veniunt, enucleabimus. Ubi (1) notandum, quod si is, qui ex legitimis nuptiis conceptus est, licet matri *medio tempore* aqua & igni fuerit interdictum, nihilominus ex se *interim* natus civis Romanus fiat *l. 18. ff. de stat. hom.* Idem si deportata *interim*, eo quod deportatio in locum aquæ & ignis interdictionis surrogata sit *l. 2. §. 1. ff. de pæn.* (2) Deportatione à Præside multato, in quam nondum consensit Imperator, & eam approbando firmavit, *interim* jura civitatis salva maneant *l. 1. §. 3. ff. de legat. 3.* A quibus hodie in *Praxi* ad bannitos argumentari solemus vid. *Dn. Brunn. ad d. l. 1. Struv. Ex. 8. th. 68.* imo & ad excommunicatos, exauctoratos & fama privatos, quia per omnes hos modos aliquis *jura civitatis* amittit & membrum esse desinit. Observanda heic obiter distinctio banni, vel abs toto Imp. facta, vel territorii alicujus Principe, ob quosdã effectus, quos tradit *Celeb. hujus Acad. quondã Antecess. Dn. Gædd. Comment. de contrah. & committ. stip. c. 7. concl. 4. n. 33. & seqq.* (3) Civium filii eodem civitatis jure (saltem *interim*) fruantur *l. 6. §. 1. ff. ad municip. & Brunn. ad l. 33. ff. eod.* dum aliorum fortunarum suarum propriam sedem fixerint *l. 4. ff. eod.* (4) Civis Romanus in captivitate detentus *interim* civis esse desinat *arg. l. 32. ff. de R. I. add. §. 4. l. de Iur. Pers. & §. item ea, quæ 17. Inst. d. R. D.* (5) Civis mariti vidua, usque dum denuo nubat, *interim* eodem civitatis jure, quo maritus defunctus, gaudeat *l. 22. §. 1. ff. ad municip. ibique Brunn.* & si Senatoris fuerit, *interim* claritatem generis retinet, dum alteri privatæ conditionis non nupserit *l. 8. ff. de Senat. l. 1. C. de dignit.*

TH. II.

ADjice, (6) quod si decuriones (qui in municipiis haberi solent) ordine sint moti *ad tempus*, ab omni dignitate

C

IZV HALLER

tate & cingulo *interim* arcendi sint l. 15. ff. ad munic. qui tamen post impletum tempus iterum decurionum vices sustinet l. 2. pr. ff. de decur. nisi crimen ignominiam importet l. 5. ff. eod. (7) Si filius infans ad consentum patris, aliter enim si non consentit l. 3. C. de decur. ex causa ordini Decurionum adscriptus sit, parens pro eo, dum infans audit & oneri ferendo non est, onera *interim* non sustineat l. 21. §. 6. ad municip. quod parens se ad ea duntaxat obligasse videtur, quæ filio mandari poterant; & vero infanti quid mandare insulsum est, & rationi oppido repugnat vid. Gothofr. ad d. l. His jungas, quod si (8) minor 25. annis factus decurio licet sportulas accipiat, *interim* tamen non ferat suffragium l. 6. §. 1. ff. de decur. (9) quod relegato is locus, in quem relegatus est, *interim* necessarium domicilium præstet l. 22. §. 3. ff. ad municip. licet & pristinum retineat l. 27. ff. eod. (10) notandum quod peregrini rationabili necessitate adacti in civitate commorantes, dum ex causa in hac degunt, *interim* ad Jus civitatis recipiendum compelli nequeant Struw. Ex. 50. h. 53.

TH. III.

HÆc de I. C. jam & alius juris quercus excutiemus. Equidem celebris est *Iuris Publici* quæstio, quæ habetur de *interregno*, quando quæritur; penes quem, capite civitatis summo sublato, *interim* sit summa rerum & cura? Ad quam citra respectum diversæ civitatis indolis non ita expedite & absolute respondere posse haud obscure tradere satagit *Celeb. Pufend. Disp. de Interregn. & in libr. de I. N. & G. 7. c. 7. §. 7.* sed pro Reip. forma & indole vel ad populum, vel ad Senatum, vel ad Delegatum alium, *interim* hanc spectare ostendit. Quid vero *interregni* tempore in Imp. Romano-Germanico obtineat liquidissimi

simi juris est, ut necessum non sit, hoc operosius dispexisse, cum, præterquam quod proprio Imperii subiecto sublato omnia Acta ob signata a Registratore ad Successoris Imperium asservari soleant, ut tradit hoc *Svveder. P. Sp. sect. 1. c. 12. n. 13.* cuius oppido notum sit certis *Vicariis Imperii* administrationem interim concessam esse vid. *Sev. de Monzamb. c. 4. §. 8. de stat. Imp. Rom. Germ.* nisi Imperium de futuro successore sibi prospexerit, qui *Decessori* citra ulteriorem electionis solemnitatem succedere suevit (imo ipso jure Imp. IS sibi acquirit vid. *Prænobiliss. & Exc. Dn. Zaunschliff. disp. de eo, quod fit ipso & c. p. 1. th. 8.*) & *Rex Romanorum* audit *d. Monz. c. 4. §. 9.* Quam designationem in futurum factam tanquam cautelam rebellionis evitandæ (præcipue ubi ditio ampla & in provincias diffusa est) tradit *laud. Auth. disp. de interregn. §. 1. ubi & ex Arnif. Linschotanum Lusitanorum* morem, quoad provincias suas, recensentem adducit. Præterea hi *Vicarii* interim investire & juramenta fidelitatis recipere possunt per *Aur. Bull. tit. 5.* nisi sint feuda regalia, quæ regulariter à solo *Imperatore* vel *Rege Rom.* conferri solent *d. t. s. Struv. Syntagm. 1. F. c. 5. aph. 6. n. 5. de pers. feud. acquir.* quod itidem limitationem admittit, si sc. Imperatoris absentia sit diuturna, quod tunc *Vicariis* etiam feudorum Imperii majorum hæc investiendi licentia concedi solet per *Recess. VVormat. de anno 1521. vid. S. Stryk. Exam. 1. F. c. 12. q. 21. de Invest. feud.*

TH. IV.

Porro etiam de *Iure Canon. Episcopi*, aliique beneficiorum possessores ex justa causa impediti aliquando *Vicarios* constituunt, qui ipsorum nomine mandatam Jurisdictionem interim exercent, sive hæc sit voluntaria sive contentiosa *c. 1. de off. Vicar. in 6. Add. Vngep. ad d. 1. &*

Deff. Erotem. h. Sic & sede Episcopi vacante capitulum in rebus, quæ sunt Jurisdictionis Episcopalis, vices Episcopi *interim* indistincte supplet *c. his, quæ 17. & c. cum olim 14. de majorit. & obed.* Id quod insuper confirmant *Recess. Imp. d. anno 1555. verb. Dechant und Capitul zu Minden de anno 1559. verb. Probst / Dechant und Capitul des Thurnstifts zu Freisingen de anno 1575. verb. des Stifts Halberstatt &c.* quos laudat *VKurm. Fasc. Jur. Publ. Exerc. 7. q. 3.* In iis vero, quæ specialiter Episcopus atque *Prelatis* concessa intelliguntur, hoc jure capitulum non gaudet; sic sede *Archiepiscop. Mogunt.* vacante *interim* capitulum non potest sibi arrogare Jus interessendi comitiis, in quibus de electione Imp. agitur, imo ad hanc Electores convocandi *d. Exerc. 7. q. 3. add. Fritsch. in add. ad Limn. l. 9. c. 1. n. 131.* nec in iis, quæ præjudicium Ecclesiæ ferunt *c. illa 2. Decretal. ne sed. vac. nisi hæc communia habeantur c. un. pr. ne sede vac. in 6.* Imo *Prelatura vacante interim* Capitulum vel Collegium infeudat. *Felin. in cap. cum olim de off. ordin. in c. edoceri de rescript. nisi Ecclesia Cathedralis sit. Claud. in d. c. cum olim, & in c. illa ne sede vacante. Zaf. tom. 4. p. 5. n. 48.*

MEMBRUM IV.

TH. I.

HÆc de secundo *persona civilis* capite, succedit nunc tertium, quod *familia* appellatur. Cives Romani qui sunt, vel *patres familiâs* dicuntur vel *filiifamiliâs*, juxta *Vlpiani* divisionem *l. 4. ff. de his, qui sunt &c.* De quibus & his affinis pauca jam colligere instituemus. Et quidem (1) si parens apud hostes captivus detinetur, patria potestas *interim* pendet *Vlpian. t. 10. §. 4. & 5. l. quib.*

m. jus patr. pot. solv. (2) Si duo impuberes status contro-
 versiam passi sunt, & alter eorum est pubes factus, *interim*
 & alterius pubertas expectanda est *l. 3. §. 8. ff. de Carb.*
edict. Quid si horum unus se filium solum dicat an tum
 & *interim* differatur controversia *vid. §. 10. h. l.* Si (3)
 parentes captivi detinentur, *interim* liberorum status in
 suspenso est *l. 12. §. 1. ff. de captiv. l. 22. §. 2. eod.* adeo,
 ut filii *interim* acquisita ad patrem revertentem pertine-
 ant *l. 11. ff. de V. O. idque jure postliminii Vlp. tit. 10. §. 4.*
l. 16. l. 19. ff. de captiv.

TH. II.

His jungi potest (4) ex affinitate materiae, quod si spon-
 salia sub conditione celebrata fuerint, *interim* pen-
 dente hac, non obligent *Carpz. l. 2. Jurispr. Consistor. tit. 2.*
def. 20, 21. adeo ut alia de praesenti *interim* haberi neque-
 ant *Id. d. l. def. 21.* nec à placito conventionis resilire *l.*
qui balneum 9. pr. junct. §. 1. ff. qui pot. in pign. vi cuius & ar-
 gumento utitur *Thoming. dec. 10.* contra puellam ad-
 olescenti sub conditione matrimonii fidem promitten-
 tem & non existente hac poenitentem *VViff. p. 3. d. 5. th.*
21. imo nec *interim* repudium *Id. ibidem.* Conditione
 autem hac deficiente nec sponsalia nec matrimonium est
c. 3. & 5. X. de condit. app. nisi concubitus accesserit, quod
 eo ipso conditioni renunciassent & tacite matrimonium
 approbassent *c. per. & ult. eod. Carpz. 7pr. C. l. 2.*
tit. 2. def. 125. Struv. Ex. 29. th. 5. Si (5) matrimonium
 sub conditione contractum fuerit *interim* dum conditio
 pendet non sit matrimonium sed ex eventu conditionis
 pendere dicatur *c. de illis 3. c. 5. & fin. de cond. app. Barbos.*
& Tab. loc. comm. l. 11. c. 18. axiom. 6. Si [6] libertina
 abs Senatore in uxorem ducta fuerit, *interim* dum is Sena-
 toria dignitate fruitur, hæc ejus uxor non sit *l. 27. ff. de rit.*
nupt.

C ;

TH.

Quibus porro [7] additur, quod conjux, qui de al-
 terius conjugis morte dubitat, *interim* non possit ad
 secunda vota transire, usq; dum de morte hujus liquido
 constet 1. Cor. 7. 39. c. dominus 2. de sec. nupt. Add. Dessel.
 Erotem. 7. X. de sponsal. & matrim. [ubi de conjuge, qui
 post sponsalia celebrata in distita loca profecto agit.]
 Add. Richt. dec. 66. num. 10. Barbos. & Tab. loc. comm. l. 12.
 c. 35. axiom. 1. ibique limit. & Carpzov. Iprud. Consist. l. 2. t.
 9. d. 166. Qui vero mors conjugis probari debeat vide
 Eund. l. 2. t. 9. d. ead. sub fin. & 167. 168. Aliquando &
 juramento Id. def 169. [8] Si de proximitate sanguinis
 aut affinitate dubitetur, donec de causa cognoscatur *in-*
terim interdicto matrimonium differri soleat. Dessel.
 Erotem. 1. X. de matr. contr. contra Interd. Eccl. Hic com-
 mode occasione hujus de casu in c. 2. & II X. qui fil. sunt
 legit. contento quæri potest; An sc. sicoram facie Ecclesie
 matrimonium inter consanguinitate junctos sit contractum,
 & latenti impedimento patefacto divortii sententia feratur,
 ex hoc matrimonio ante sententiam cum natis *interim* etiam
 concepti pro legitimis habeantur? Et recte Pontifex d. c. 2.
 affirmative respondit; idque in primis favore prolis c. ex
 tenore 14. eod. vid. Vngep. ad Decretal. h. t. n. 3. qui adeo
 favor ampliari suevit, ut, etiam si mulier *interim* se alteri
 miscuerit, in dubio liberi ex marito progeniti existimen-
 tur Id. n. 4. ductus argumento c. estote 2. X. de R. I. imò
 si maritus, prima adhuc sibi juncta, uxorem secundam, pri-
 oris tamen vinculi ignaram, insuper sibi copulat c. pen. eod.
 vid. Dessel. Erotem. 1. n. 2. d. t. Si [9] mulier gravida
 moriatur, donec partus excidatur, *interim* humani ne queat
 per l. 2. ff. de mort. inf. (quæ lex est una ex antiquis Regiis
 & forte religiosissimi Numa Gothofr. ad h. l. lit. d. ut ne
 vivo,

vivo, ceterum a Doctoribus adnotatur, in utero foetui nocere-
 tur add. *Brunn. ad h. l. 2.* qui hanc rationem Authorum sen-
 tentiis probare nititur, & *Bechm.* qui ex *Val. Max. l. 1. c. ult. p. m. 45.* isthanc corroborat exemplo *Gorgia Epirota*, in fu-
 nere matris suae utero elapsi & inopinato vagitu suo le-
 ctum ferentes consistere cogentis ad *l. 2. ff. h. r.* Quoad
 praxin & hujus vid. *Dalecamp. ad Plin. histor. l. 7. c. 9.* &
Limn. de Iur. publ. l. 2. c. 1. n. 12. & seqq. quae laudat *Exc.*
Dn. Zaunschliff. disp. de jur. grav. & grav. th. 12. Coeterum
 [10] notes, quod mulier intra annum luctus ob rationem
l. 11. §. 1. ff. de his, qui not. infam. interim sine infamiae no-
 ta alteri nubere nequeat *l. 2. C. de sec. nupt.* Idque de
Iur. Civiti. De *Iure Canonico & moribus* vid. *Carpz. in Ipr.*
Cons. l. 2. t. 9. d. 159. quam itidem laudat hac de re agens
Ampliff. Ict. Dn. Zaunschliff. prae laud. disp. th. 22. Add. Bar-
bos. & Tab. loc. comm. l. 10. c. 41. ibique laud. Carpz. Iurispr.
C. l. 2. d. 164. Sic & viduus, ex aequi ratione per semestre spa-
 tium a morte conjugis *interim* a novis nuptiis abstinere
Carpz. Ipr. C. l. 2. t. 9. d. 160. n. 4. transgredientem alias
 poena arbitraria manebit *Id. in Pract. crim. p. 2. q. 65. n.*
 81. Imo utraque pars tempore luctus a sponsalibus, ut ne
 levitatis notam incurrant & libidinis intemperiem pro-
 dant *Id. l. 2. t. 9. d. 161. n. 7.* nisi in eo dispensatum fuerit
 ab ipso Principe *Id. l. 2. t. 9. d. 162. n. 7. & d. 163. num. 1.*
 & seqq.

TH. IV.

Porro haec de liberis observare licet (10) quod in ma-
 trimonio consensus parentum de *Iur. Civ.* adeo pra-
 cise requiratur, ut rati habitio post subsequuta non retro-
 trahatur ad jam natos haecenus, ut hi *interim* concepti
 non habeantur legitimi *l. 11. ff. de stat. hom.* qui tamen
 dictae legis rigor haud obtinet hodie per famosissimum
 illud



illud c. *Tanta X. qui fil. sunt legitimi.* Quod ita se habet: *Tanta est vis matrimonii, ut qui antea sunt geniti, post contractum matrimonium legitimi habeantur.* Quod *Ius Canonicum* tanquam æquitati magis consonum in foro sequimur & *nostro*, ut bene notat ad d. l. 11. *Celeb. Dn. Brunn.* (11) quod si maritus matrimonium fuisse inficias eat, & uxorem ancillam dicat, liberis, *interim* alimenta præstare debeat l. 7. ff. *de agnosc. & al. lib.* quod ad præbendas trahit *Bartolus* tradente *Gothofredo* ad d. l. lit. p. Si (12) de matris statu dubitetur, an sit materfamilias an filiafamilias, liberi beneficio *S. Cti Orphitiani* ad matris hæreditatem *interim* vocentur l. 1. §. 1. ff. *ad S. Cti Tertull. & Orphitian.* Eodem modo (13) si liberi sunt captivi jus matris, quod successionem ex *S. Cti Tertull.* spectat, *interim* inpendenti est l. 2. §. 7. ff. *ad S. Cti Tert. & Orphit.* Idem est si nondum nati, attamen sperantur. d. §. Si (14) jus matris pendeat ex *S. Cti Tertull.* ob nepotem forte ex filio nasciturum, *interim* hæc illud apprehendere potest l. 10. *ad S. Cti Tert. & Orphit.* T. H. V.

ADjicio, quod si (15) sub conditione vel ex die testamento pupillo sit tutor datus, dum vel dies vel conditio expectatur, *interim* alius ipsi tutor a Magistratu dari soleat §. 1. *Inst. de Att. tut. l. 11. pr. & arg. l. 9. §. 2. & 3. ff. de tut. & rat. distrab.* Idem (16) si tutor ab hostibus captus sit §. 2. *Inst. eod. & laud. l. 11. d. t. quibus obst. l. 6. §. 1. ff. de tut. & famosa l. actus legitimi 77. ff. de R. I.* Verum ad illam diluendam objectionem auxiliatrices manus fert ipse *Gothofr.* quando d. §. 1. *de conditione expressa* explicat non *tacita*: ad hanc etiam eodem modo facile ex ipsa l. §. *nonnunquam* vel tyro *Juris* respondebit. Add. *VViss. ad h. l. 77. ff. §. 10.* Si (17) tutor ad hostes ablegatus, vel ex alia causa ap. eos degat, tempore absentiae *interim* alius tutor pupil-

pupillo datur *l. 15. ff. de tut. cui reclamare videtur trita juris regula: Tutorem habenti tutor dari nequit §. 5. I. de curat.* quæ plaustrum legum corroboratur in jure passim obvenientium vid. *Bachov. & Vinn. ad d. §. 5.* quas bene multi Doctores distinguendo & limitando solve tentant, de quibus in conflictu forte plenius dicemus. Interim non possum, quin ob horum perplexitatem & conciliationis difficultatem in partes vocitem Juris callentissimi *Bachovii* hac de regula *Judicium*, quando ait: *Quia casibus multis hæc regula cessat, ideo prædicta regula tot habet fallentias, tot difficultates patitur & objectiones, ut illis expediendis vix ulla videatur suffectura diligentia & industria.* Eadem hæc laudat *Manz. ad §. 5. n. 14. Inst. de curat.* in quo & alios casus, in quibus interim curatores constitui solent notes velim, quos studio huc verbotenus non transcribimus. Pertinere & huc videntur illi vel tutores vel curatores, qui legitima de causa, quibusdam ex officio judiciis dari solent, quos petas ex traditis *Ampliss. Dn. Zaunschliff. Tr. de O. I. S. P. 2. c. 4. §. 1. Add. Fr. Salgado de Somoz. Lab. cred. p. 1. c. 2. n. 3. 4. & seqq. & p. 1. c. 13. n. 1. 2. & seqq. (ubi notabilia) junct. p. 1. c. 14. n. 91. & p. 1. c. 15. numm. initial.* Si (18.) ex tutoribus pluribus quidam appellârunt à sententia rejectæ sc. excusationis cæteris absentibus *l. 2. ff. de tut. & cur. dat.*

TH. VI.

Minori (19.) cum tutore vel curatore suo (raro tamen id fieri quidam autumant propter *Nov. 72. c. 1. & 2.*) litiganti interim curator datur ad litem *§. fin. Inst. de Auth. tut. l. 9. ff. de auth. præstand. l. 17. inf. ff. de appell.* qui hodie, cum judicia non amplius sint ordinaria, sed omnia extraordinaria, suggerente nobis hoc *Iust. Imp. §. f. Inst. de Interd. locum supplet tutoris, Jure Veteri, Prætorii l. p. tit. II. §.*

D

24.

IZV HALLEN



24. l. 19. ff. de auth. & conf. tut. add. Manz. ad § ult. Inst. de auth. tut. Idem (20) si mulier prægnans in possessionem sit missa ventri interim datur curator l. 1. §. 17. de ventr. in poss. mitt. qui & illius bonis constituitur & pro facultate defuncti & dignitate necessaria ipsi præstat §. 19. eod. Quæ vero amplius huic curatori conveniunt & competunt collige sis ex §§. seqq. h. l. add. l. s. eod. Speciale est & asterisco per dignum, quod circa hunc ex Tirauello de retract. §. 1. gloss. 9. n. 79. adnotat Exc. Dn. Zaunschliff. ratione retractus nomine ventris th. 26. d. de iur. grav. & grav. quæ exstat in Operib. suis jurid. p. 83. (21.) si minor conveniatur à tutore vel curatore l. 3. §. 2. ff. de tut. l. 27. ff. de test. tut. curator dari solet interim.

TH. VII.

DEnique (22.) curator interim dari solet in genere ob temporarium aliquod tutoris impedimentum, morbum, insaniam l. 10. §. 8. ff. de excusat. (23.) ob excusationem temporal. tutoris, ut si forte Reip. causa absens sit §. 5. Inst. de curat. junct. §. 2. Inst. de excus. tut. vel cur. l. 1. C. si tut. vel curat. Reip. causa l. 15. ff. de tut. vel curat. dat. cum l. seq. eod. hic si reversus fuerit anni habet vacationem a tutela scil. suscipienda non vero jam dum suscepta per l. 10. §. 2. ff. de excus. & tam diu interim datus curator manet l. 10. §. 6. eod. sin minus, nihilominus tamen ad pubertatem usque interim in locum illius datus permanet l. 12. ff. de tut. & is quidem datus in omnem rem l. 15. ff. de tut. & curat. dat. excepto calu hæreditatis ad eundæ, ubi ex causa impuberi permittitur tutor l. 9. ff. eod. (24.) ob exilium tutoris ad tempus l. 28. §. fin. ff. de excus. l. 32. in f. ff. de adm. tut. (25.) ob suspecti crimen, ubi & interim administratio tutori interdicitur l. 7. C. de susp. tut. vel cur. (26.) ob minorennitatem dati tutoris l. 10. §. 7. ff. de

ff. de excus. Idem in legitimo & liberto impubere eod.
 (27.) ob defectum intellectus & voluntatis (utpote sunt
 furiosi atque prodigi) licet maiores 25. annis sint §. 3. &
 4. *J. de curat. de quib. vid. t. t. ff. de curat furios. & al. extr.*
min. dand. Idem in surdis & mutis dicendum, & qui mor-
 bo perpetuo laborant; etiam in surdis naturâ & mutis
 §. fin. *Inst. de her. qual. & diff. Struv. Ex. 6. th. 36. & 37.*
Add. Manz. ad dd. §§. Antequam & hanc thesin clau-
 dam notes adhuc, quod & aliquando, ubi nec alius tu-
 tor nec curator nec procurator constitui potest à tutore
 ex casu & causa forte impedito, interveniente Magistra-
 tus decreto, interim Actor constitui soleat §. 6. *Inst. de*
curat. l. II. C. de procur. l. 24. ff. de adm. & peric. tut. qui &
 administrator dici solet *l. 13. pr. ff. de tut. adjutor tutelæ*
§. I. eod. coadjutor l. 10. §. ult. ff. de excus. tut. uti hæc ipsa
 adnotat *Juris consultiſſimus Gothofred. ad d. l. 13. ff. de tut.*
 Quod obtinet etiam si pater sit tutor *l. un. C. de act. &*
tut. s. cur. dand.

CAPUT II. MEMBRUM I.

THES. I.

Absolute primo Juris objecto vel juxta alios ob-
 jecti Juris capite vid. *Exc. Dn. Pagenstech. ad*
Inst. de Jur. pers. aph. 20. & de. R. D. aphor. I.
 proximum nunc est ut stylum nostrum verta-
 mus ad secundum divisionis a nobis propositæ, quod
 tractat de rebus. Res vero heic latius a *Ictis* accipi ut
 & servum includat, satis, puto, in aprico est *l. I. ff. de*
 D 2 rer.

12V HALLEN

rer. divis. & pr. Inst. de L. Aquil. Add. Puf. Elem. Ipr. univ. def. 4. §. 1. Servus enim ubi statum ejus spectas, persona, ubi commercium, res est, exerte ait. Clarissimus Huberus in repet. animad. ad Jus in Re & ad R. c. 1. p. m. 12. Ex quo demum fuit famosissima illa, saltem ex usu Scholastico Idtorum summa (quippe quod omnis res in commercio existens, vel nostra vel nobis sit debita) *Juris in Re & ad Rem* divisio. De utroque, quæ ad sertum hoc nostrum faciunt, de cerpemus & quidem cum natura sua dominium obligatione (quibus duobus capitibus & membris universa rerum tractatio absolvi suevit vid. Bachov. ad Inst. de oblig. pr. n. 2. Idem de Act. pr.) sit prius, sicuti effectu causa, primo agemus de Jure, quod dicitur *in Re*; ejus species, sepositis aliorum de hoc judiciis (secuti & dicta & scripta Exc. Dn. Zaunschliff. & alios Idtos) constituimus quinque (1.) *Jus hereditarium* (2.) *Dominium strictè sumtum* (3.) *Servitutem traditam* (4.) *Jus pignoris* & (5.) *Jus possessionis*. Jam ad rem ipsam quo perveniamus, hancq; ab ovo ordiamur, traditam jam juxta seriem primo nobis dispiciendum erit de *Emphasi Interim* contenta in jure *hereditario*, utpote dominio universali. Quodcunque vero dominium universale, particulare, vel firmum est & perpetuum, vel fragile & lubricum; hocq; recte & rite nobis aliquando ac si perfecte & perpetuo sit nostrum vel nobis debitum, *interim* acquiri assolet vid. VViss. ad l. 205. ff. de R. J. & ibi laud. Grot. l. 2. de J. B. & P. c. 3. th. 19. n. 2. sicuti hoc ipsum in progressu liquido adparebit, ubi pauca de utroque quoad effectum *mediis temporis* delibaverimus.

TH. II.

Circa id igitur, quod primo discutere ex ordine lubido fert, ubi ante de *testam.* notaverimus, quod status sui

cui incertus interim testamentum condere nequeat l. 1.
 ff. de legat. 3. nec codicillos l. 9. ff. de jur. codicill. nisi mi-
 les sit l. 11. ff. de testam. mil. utique si veteranus teste Vlp.
 d. l. 9. qui & ad tempus instituere potest l. 41. ff. de testam.
 mil. asterisco notanda veniunt sequentia hæc: (1) Hæ-
 redem sub conditione si quis scripsit, ei interim hac pen-
 dente, hæreditas nondum delata est arg. l. 151. ff. de R. J.
 l. 1. §. decretalis ff. de succ. edict. imo nec repudiata l. 4. l.
 13. §. 1. ff. de acquir. her. licet de hæreditate, pendente
 conditione, interim pacisci possit, ut in terminis casum
 format ex l. 1. C. de pact. elegantissimus Ict. VVissenbach. ad
 l. 174. ff. de R. J. Add. Id. disp. 58. th. 14. Sed heic mihi au-
 rem vellit Dn. Brunn. antequam mihi excidat l. 13. & hoc
 ex se laudasse, aliquando contingere posse, ut credito-
 rum ergo a iudice terminus, pendente conditione, præfi-
 gatur, quo interim hæc administraretur & creditoribus sa-
 tisfaciat, ceu dictus jam Anth. commode monuisse vide-
 tur ad h. l. 13. n. 7. Sic (2) hæreditas dum jacet defuncti
 vicem sustinet & interim domini instar habetur §. 2. Inst.
 de her. inst. l. 31. §. 1. eod. ibiq; Gothofr. (3) notes, quod extra-
 neo hæredi aliquando J. C. sub cretione datum fuerit vel
 ab ipso testatore vel ad petitionem a Magistratu jus delibe-
 randi, ubi interim in hæreditatis vires inquirere poterat
 hæres, & an vellet adire deliberare Vlp. t. 22. §. 27. & seqq.
 quod post abrogatum l. 17. C. de Jur. delib. & Just. ipso jure
 hoc jus deliberandi ad anni spatium retulit l. cum in anti-
 quiorib. 19. C. eod. tandem idem Imp. lautius remedium
 hæredibus indulgit, ut hæres deliberandi beneficio haud
 indigeat, sed inventarium conficiat l. scimus ult. C. eod. &
 Nov. 1. c. 2. de cuius Constit. Justin. insigni utilitate consule-
 sis Struv. Ex. 33. th. 54. Manz. ad Inst. §. 6. de her. qual. & diff.
 ubi quaedam solemnitates observandas ordine recen-

Act n. 6. & seqq. in primis Celeb. Dn. Brunn. ad l. 9. ff. de jur delib. n. 3. (ubi, quod obiter monitum voluerim, n. 4. & seqq. conciliatorem se exhibet duorum Luminum, ut ait ipse, Juris nostri, Mevii atque Carpozovii notabilis quaestio- nis, An scil. post confectum inventarium haeres teneatur de periculo rei hereditaria, controversa & inter ipsos ventila- ta. (4) haeres dum deliberat interim bona hereditaria alic- nari prohibeatur l. 7. §. 1. & l. 5. §. 1. ff. de jur delib. nisi res e tractu temporis deteriorentur d. §. 1. alias causas pete ex l. 5. l. 31. §. 1. l. 53. ff. de her. petit. Sic (5) filio, quamdiu spatium de- liberandi petiit interim de hereditate alimenta praestan- da sunt l. 9. ff. de jur. delib. quod tamen hodie rarius con- tingit ob pinguius, uti supra modo monuimus, haeredi- bus datum remedium. (6) Vidua dum praegnans est vel esse retur, interim hereditas adiri nequit l. 30. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. her. l. 3. pr. ff. si pars her. pet. & hoc qui- dem obtinet, quando de diverso agnationis gradu agi- tur. Longe vero spinosior & altior heic subnascitur quaestio, quando alter superstes cum ventre ejusdem gradus habetur, dum quaeri assolet, quam partem hic interim fa- ciat? Equidem non parum hic hallucinor in tanta senten- tiarum farragine (quippe quod de hujusmodi re, ut in ipsa h. l. Paulus ait: tam varia & incredibilia creduntur, ut fabulis adnumerentur; alii enim tres, alii quatuor, alii 5, alii 6, imò 7, & demum nescio quot nasci posse probent Stagirita & coeteri diversae Scholae Authores, quos passim in not. in primis ad l. 36. ff. de solut. laudavit Gothofr. Add. Idem ad l. 3. ff. si pars her. pet. adeo, ut vix mihi constet, quem sequi debeam. Mallem tamen à partibus stare Pauli mediam viam, quam Icti in perplexis & dubiis ali- quando tenere amant vid. §. fin. Inst. quib. & ex quib. caus. l. 7. ff. ut legat. §. 25. Inst. de R. D. ibique Vinn. am- plexan-

plexantis cum *Cl. VViff. h. l. 3. disp. 17. th. 15* imo *Sabini & Cassii l. 28. §. 5. ff. de Jud. &* in hoc casu ventri partes tres, superstiti vero suo hæredi *interim* assignare quartam s. quadrantem, quæ tamen pro rata, ubi plures enixi forent, decreveret, ubi pauciores accresceret, juxta *l. 4. h. t. Add. consentientes Struv. Ex. 10. d. 74. & Bechm. ad ff. h. LL. obstantes, quas in chartam coniecisse tædet, vid. ap. dd. Authores, qui & eadem satis refellere nõrunt. (7) Filius hæres, si certo sciat prægnantem non esse, cum vulgo gravida putetur, *interim* ex asse hæres est *l. 5. pr. ff. si pars her. pet.* Quibus (8) addas, quod filius sub conditione hæres scriptus, si se *interim*, pendente conditione, arrogari passus fuerit, necessarius hæres esse desinat *l. 20. ff. de lib. & posth.* (9) etiam, qui de delata sibi hæreditate dubitat, *interim* hanc adire nequeat *l. 32. ff. de acquir. vel amitt. her. l. 19. eod. l. 1. §. 4. ff. sec. tabb. l. 4. C. de postlim.* E contrario vero, quod is, qui intra certum aliquod temporis spatium à judice passus fuerit hæreditatem adire, lapsò termino *interim* nondum secuta sententia adire hanc queat juxta *Mev. p. 8. d. 58. n. 3.* Huic dissent. *vid. ap. Exc. Dn. Z. Tr. de O. I. S. P. 2. C. 17. §. 3. p. m. 129. & 130.* [10] servus communis ab altero dominorum cum libertate sub conditione testamenti hæres institutus, ab altero pendente conditione libertate donatus, *interim* adire possit hæreditatem *l. 7. ff. de her. instit.* (11) Hæreditatis controversia pendente ex tabulis, ubi alter hæredum contra alterum agit, *interim* dum hæc durat, vel in æde sacra vel ap. bonum virum deponendæ sint *l. f. ff. de tabb. exhib. Add. Struv. Ex. 45. th. 43.* (12) Tandem Positionem hanc finimus haud inutili quæstione, dum hæreditatis materiam tractamus, quæ subinde moveri solet, quando quæritur: *An mulier vidua post defunctum maritum in bonis nihil habens,**

bens, expectans tamen & sperans vel a parentibus suis vel propinquis, fruatur beneficio Auth. Præterea C. unde vir & ux. ? Ad quam affirmando recte respondet Jac. Thoming. d. 40. quem laudat VVissenb. ad l. 169. ff. de R. I. per ll. ibidem & passim ap. Doctores. heic citatas. Addo, quod inter os & offam, ut ajunt, multa intercedere possint, ut necessario discrimen sit faciendum, inter spem & rem, in primis, ubi futura adsunt contingentia, de quibus non est determinata veritas, ut Philosophorum filii ajunt Add. Holterm. ad d. l. Manz. ad Inst. de V. O. §. sub conditione 4. n. 2. arg. laud. ll. ibid. & Card. Tusch. lit. F. concl. 568.

MEMBRUM II.

THES. I.

HÆc de prima *Juris in Re* specie, universali scilicet rerum dominio, jam sequitur secunda ejusdem, particulare scilicet dominium stricte sic dictum, ubi albo calculo notanda veniunt (1) quod statuliber interim, pendente ejusdem statu, hæres dominus habeatur l. 16. ff. fam. herc. Quemadmodum (2) idem interim dominus habetur, si res sub conditione sit legata l. 12. §. 2. ff. eod. l. 12. §. 5. ff. de usufr. l. 1. §. 4. ff. de Syllan. l. 81. §. 2. de legat. 1. l. 105. ff. de condit. & demonstr. & quidem pleno jure l. 29. §. 1. ff. qui & a quib. man. adeo ut usumfructum sub conditione à se legatum alteri interim legare l. 16. ff. quib. m. usufr. servitutes imponere l. 11. §. 1. ff. quemadm. serv. imo interim hanc ipsam vindicare, à fure condicere, alienare & oppignorare possit l. 66. ff. de R. V. l. 14. de condit. furtiv. l. 69. §. 1. l. 82. ff. de legat. 1. quamvis conditione impleta retro nil actum alienatumve fingatur l. fin.

fin. §. sed quia nostra C. comm. de legat. ibiq; Gothofr. l. ii. §. 1. ff. quemadm. serv. amitt. Add. Joh. à Sande l. 4. t. 5. d. Frisic. 16. VVissenb. ad l. 205. ff. de R. J. & plenius hæc tradentem Petr. Muller. add. l. & Bronchorst. ibid. ubi Holtermann in not. & strict. excipit fideicommissum extra familiam alienari prohibitum, quod eo casu alienari nequit l. 69. §. 1. ff. de legat. 2. puta autem ex causa voluntaria; aliter si urgens adsit necessitas, monente Celeb. Dn. Brunnem. ad l. 69. n. 3. 4. & seqq. quanquam tutius aliquis ageret, si quidem præcedere faceret hanc alienationem, post causæ cognitionem, Judicis decretum, uti ex Carpz. hoc laudat Struv. Ex. 36. th. 41. sub fin. De cætero, si legatum aliquod per quinquennium uxori, & hoc lapso illud ab hac alteri relictum fuerit, uxore intra quinquennium mortua, ad quem istud legatum interim pertineat vid. l. 35. ff. de usu & usufr. Hæc quæri potest (a) An conditionale legatum pendente conditione interim repudiari possit? Id quod negatur per l. 45. §. 1. ff. de legat. 2. quod repudiari nequeunt nondum actualiter delata l. 13. l. 17. in fin. ff. de acquir. vel amitt. her. Obst. l. 1. C. de pact. Ad quam respondet VVissenb. ad l. 174. ff. de R. Jur. (b) An legata sub conditione relicta, hac pendente INTERIM prælegari possint? Quod itidem negatur per l. 41. ff. de cond. & dem. imo interim nec creditor est legatarius, nisi sibi stipulatus fuerit l. 42. ff. de O. & A. quanquam certo respectu hic aliquando creditoris locum supplere possit, ceu ex Gloss. notat Brunnem. ad h. l. 42. n. 2. Ita enim licet [quod obiter] & creditor aliquando, cui vel in diem vel sub conditione quid debetur propter futurum forte periculum cautionem interim exigere l. 41. ff. de jud. & ubi & c. & quidem in b. f. judiciis regulariter, in str. juris non nisi tribus exceptis casibus

E

juxta

IZV HALAM

juxta magni nominis *ICTum VVissenb. p. 1. d. 16. th. 27.*
 cui jungi potest *Celeb. Dn. Brunn. add. l. qui & alias adhuc*
exceptiones subministrare videtur. (c) An etiam haeres
in locum sub conditione legatum, quantumvis is pendente con-
ditione dominus habeatur, mortuum INTERIM infe-
rendo, hunc religiosum faciat? Et negative Respond. per
l. 34. ff. de relig. & sumt. fun. sicuti necis, qui cadaver ali-
quo detulit interim, ut inde scilicet alio post transferret
l. 40. ff. eod.

TH. III.

Porro (3) *interim* dominus habetur ipse ille emtor,
 cui sub pacto additionis in diem conditione sc. reso-
 lutiva pendente aliquid divenditum sit *l. 2. ff. de in diem*
addict. ad quem & *interim* pertinent fructus & accessio-
 nes, conditio (si sc. venditor dominus non fuit) usuca-
 piendi & periculum *d. l. 2. § 1. imo omne commodum*
vel incommodum l. 4. § 4. eod. potestas rem oppigno-
 randi *d. l. 4. § 3. vindicandi l. 41. pr. l. 66. ff. de R. V.* licet,
 cum impleatur conditio, priori emtione resoluta, sta-
 tim ipso jure dominium revertatur ad venditorem *l. 41.*
d. t. l. 19. ff. de usuc. & cœtera prioris emtoris retro asta-
 evanescant *vid. Doctores passim h. in primis Lauterbach. ad*
t. ff. de in d. add. (qui & ibidem, remissive tamen, tractat de
 quaestione, quando hoc modo *Vasallus* aut *Emphiteuti-*
carius quid alienarit) & *Struv. Ex. 23. th. 34.* qui tamen
 ipsum hunc ad consumptos fructus restituendos astringere
 tentat, si quidem ex his locupletior factus intelligi
 possit.

TH. IV.

Idem (4) dominium habet, si quis emit rem sub pacto
 additionis in diem vel lege commissoria *l. 4. § 3. ff. de*
in d. add. l. 41. & 66. ff. de R. V. qui & fructus *interim* &
 acced-

accessiones sibi acquirit *l. 4. §. 4. l. 6. pr. de in d. add. & Lauterb. ad ff. h. Cœterum de Vasalli & Emphyteuta, si quidem hoc modo forte alienaverint, quid interim juris sit circa retractum, gabellam & laudemium id juxta remisive tradentem d. l. Lauterbach. ex Authorib. a se citatis pete sis, & Struv. Ex 23. th. 30. Sub pacto retrovenditionis Struv. Ex. 32. th. 45. Sub lege commissoria *l. 2. ff. de leg. commiss. Struv. Ex. 23. th. 36. 37. VVissenb. p. 1. d. 34. th. 17.* ubi monuisse operæ pretium arbitratus fuit, venditorem, cum legi haud paritum sit, pro varia pacti expressione, mox reali mox personali actione agere posse (5) si venditor pacto vel ante vel statim in ipsa traditione dominium rei, dum pretium exolvatur, sibi reservat *Lauterb. ad ff. leg. comm. sub fin.* (6) si quis emit sub pacto de retrovendendo *arg. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. Struv. Ex. 23. th. 41.* qui contractus, si venditor rem prius venditam repetat, resolvi solet, licet aliter se habeat hæc resolutio, quam in addictione in diem & leg. commissoria *Struv. d. Ex. th. 43.* Sic etiam (7) maritus dum matrimonii copula s. vinculum durat, dotis dominus *interim* habetur *l. 1. §. 1. l. 13. §. 2. ff. de fund. dot. l. 7. §. 3. de jur. dot.* cui propterea dotis vindicatio competit *l. doce ancillam 9. C. de R. V. quæ nemini nisi domino datur l. 23. pr. ff. de R. V. §. namq. si cui Inst. de Act. imo & condictio furtiva contra ipsam uxorem l. ob res amotas 24. ff. de act. ver. am. ejusque rei fructus interim percipit propter onera matrimonii tam naturales quam civiles l. 7. pr. & §. 2. ff. de jur. dot. l. 10. §. 3. eod. & quæ sunt reliqua, quæ ut dominus *interim* acquirit, de quibus vid. *Struv. Ex. 30. th. 12. & Ex. 11. th. 5. Lauterbach. ad t. ff. de jur. dot.* quod tamen jus soluto matrimonio ilico expirat & ad mulierem revertit *l. 30. C. eod. Add. Molin. de J. & J. Tr. 2. disp. 426.***



Si (8) maritus dotem acceperit ante secutas nuptias
l. 6. ff. solut. matr. quod hoc dominium sub conditione re-
 solutiva translatum videtur, quæ tacite præsumi solet
l. 21. ff. de jur. dot. adeo ut hoc dotis nomine interim da-
 tum repeti non possit, nisi vel misso repudio, vel facto di-
 vortio *l. 8. ff. de condiēt. causa dat &c.*

TH. V.

Huc pertinere videtur, dum de dote agimus, casus *l. 46. ff. fam. herc. quem Prænob. & Exc. Dn. Zaunschliff.* in terminis laudat *disp. Fil. patr. her. &c. aph. 6.* verum hunc ventilandum jure meritoque rejicimus ad caput tertium, ubi actiones discutiemus. Pergimus itaque & his connumeramus (9) b. f. possessorem, qui, cum a non Domino ex justa causa rem accepit, ante usucapionem completam interim quasi Dominus habetur, ita ut non tantum fructus (puto autem industriales) interim suos faciat. *l. 48. ff. de A. R. D.* licet jure fragili & revocabili *l. 22. C. de R. V.* secus atque Donellus putat tradente *Sutholt. dissert. 4. th. 56.* nisi sint b. f. consumti *l. 4. §. 2. ff. fin. reg.* non item naturales *Sutholt. d. dissert. th. 57.* cui add. *V. Wissenb. p. 2. disp. 18. th. 22.* qui communem & vulgarem ex *d. l. 48. verb. sed omnes* oppositionem responsione sua diluit *Id. ad l. 136. ff. de R. J. n. 3. & 4.* ubi distinguentes inter b. f. possessorem sine titulo & cum titulo jure improbato merito reprehendit, quod in super distinctio hæc meram absurditatem sapit, ut in conflictu pluribus ostendi potest; verum & contra non potius jus habentem ipsi competat Publiciana in Rem actio *§. 4. Inst. de Act. l. fin. ff. de Public. in rem act. & passim h. t.* quæ per omnia rei vindicationi assimilari solet *l. 7. §. 8. eod.* Ex quo Doctores adnotare satagunt, quod & in hac actione beneficium *l. ult. ff. de R. V.* locum sortiatur, ut
 iter-

si tertius negare aufit, se possidere & hic nihilominus con-
vincatur, possessionem amittat, licet actor b. fidem &
justum titulum haudquaquam probaverit. Deniq; (10)
is interim dominus habetur, qui debitum conditionale
solvit pendente conditione, ita ut repetere id posset l.
16. ff. de condict. indeb. utique, si sub conditione incerta
l. 18. ff. eod. Aliter si debitum sit in diem, quod quis ante
hunc exolverit l. 10. ff. eod. In supplementum duodena-
rii numeri adhuc adjicimus, quod si servus (11) fructu-
arius, aliquid emat, ejus rei dominium interim, dum
fiat numeratio pecuniæ, in pendenti sit l. 25. §. 1. ff. de usu-
fr. l. 34. §. 2. de A. R. D. l. 43. §. 10. ff. de Edil. ed. Si
(12) servus fructuarius hominem emat, nondum so-
luto pretio, dominium ejus neque ad proprietarium
neque ad usufructuarium spectet, verum hoc interim
in pendenti, & cujus sit ex ære post soluto dispiciendum
l. 27. §. 1. ff. de usufr. & quem &c. l. 12. §. 5. in fin. si-
mile habetur in gregis vel armenti usufructu legato, an-
te numeri morte minuti suppletionem l. 70. §. 1. ff.
eodem.

MEMBRVM III.

TH. I.

Sic & secunda *Juris in Re* specie absoluta, progredimur
ad tertiam sc. *servitutis*, qua Jure Gentium res incor-
porales nostræ fiunt, quæ que in Jure nostro mox *com-*
ditio, mox *qualitas*, mox *rei habitus* audit *vid. Hæron. l. 2.*
disp. ad ff. 4. pr. Est vero hæc ipsa vel *realis* vel *personalis*
l. 1. ff. de serv. de quibus juxta filum nostræ methodi e-
gisse & quæ ad præsentem rem faciunt, adnotasse, nostri
jam instituti fuerit. Advertendum igitur est (1) quod
E 3 servi-

IZV HALLEN

Servitutes personales ad interim, seu, quod magis stylum Romanum sapit, ad tempus interdum concedantur l. 16. §. 2. ff. fam. herc. l. 4. ff. de usufr. secus in realibus l. 4. pr. ff. de servit. Obstantes heic leges resolvit & diluit pro more docte Celeb. Ictus VVissenb. p. 1. disp. 20. th. 1. cui jung. D. Arum. disp. 9. th. 13. Præterea & hoc notari meretur, quod in d. l. 4. Jct. notanter dicat ipso jure, cum aliud & ex æquitate aliquando obtineat conf. Gothofr. ibid. VVissenb. p. 1. d. 37. th. 15. Sic (2) interim s. ad tempus usufructus aliquando constituitur l. 3. pr. ff. quib. mod. usufr. l. 5. C. de usufr. & habit. l. 12. vers. sin autem talis C. eod. (3) Vasallus, licet servitatem in re feudali constituere nequit, constituta tamen ab ipso, durat interim Vasalli sc. filiorum vitam usque Dn. Stryk. Exam. Jur. Feud. c. 10. q. 3. 5. & 12. attamen citra ullum vel Domini vel agnatorum, his demum defunctis, præjudicium, nisi simul hi Vasalli sint hæredes vid. d. q. 5. quippe quod & hanc debitam idem interim quoad vitæ usuram remittere possit d. q. 12. (4) Fundo sub conditione legato ab hærede interim servitus constitui potest l. 11. §. 1. ff. quemadm. serv. amitt. l. 3. §. 3. comm. de legat. Add Brunn. ad l. 16 h. non item in servo conditionis modo legato l. 3. l. 29. §. ult. ff. qui & a quib. man. nec locum religiosum facere l. 34. ff. de religios. Brunnem. ad d. l. Sicuti & (5) Rei dotali interim, quamdiu matrimonium durat, maritus jure notissimo Struv. Ex. 30. th. 11.

TH. II.

Porro (6) notes, quod creditor antichreticus interim, dum durat antichresis, rei oppignoratae usufructu potitur, uti ex Carpz. p. 2. c. 37. def. 27. hoc tradit Celeb. Dn. S. Stryk. Tr. de Act. for. invest. §. 1. m. 5. §. 36. (7) legato usufructu omnes fructus & redditus rei inter-

im ad fructuarium pertineant l. 7. pr. ff. de usufr. & quemad. præstita tamen cautione usufructuarial l. 1. pr. §. 3. ff. usufr. quemad. cau. l. 13. pr. de usufr. quæ tamen de natura usufructus, non essentia est l. 7. ff. usufr. quemad. cau. Struv. Ex. 12. th. 69. junct. Dn. Brunnem. ad l. 5. ff. de usufr. ear. rer. (8) quod usufructuarius usumfr. interim, puta quamdiu hic vivit, vendere possit l. 12. §. 2. l. 67. ff. de usufr. sicque in effectu fructuum is tantum commo- ditatem vendidisse censetur Bal. Sal. per not. in l. 1. C. si pign. pign. in gloss. fin. & Bal. in l. necessario §. fin. ff. de per. & comm. rei vend. tradente Zasio tom. VI. Cons. 12. num. 12. & 13. quem & insuper is usumfr. retinuisse videtur, si quidē emtor hoc usus non fuerit l. 38. ff. eod. Aliud in Emphyteuta obti- net l. 2. C. de Iur. emphyteut. add. Brunn. ad l. 67. ubi & num. 3. remissivè agit de quæstione; An in ejusmodi ven- ditione usufructus sortiatur locum retractus, qua de laudat. Castillo de usufr. c. 74.

TH. III.

ADjice [9] quod si fundus, deducto usufr. alicui lege- tur, & ab hoc ejusdem usufructus sub conditione alii legetur, interim hic usufructus ad proprietarium pertine- at l. 4. ff. si usufr. pet. (10) si usufructus sub conditione alicui legetur interim ad hæredem spectet, ita ut hunc alii interim legari possit l. 16. ff. quib. mod. usufr. qui tamen conditione impleta priori, ilico & ipso jure expi- rat. Idem & obtinebit si usufructus, ad certum tempus v. c. manumissionem usque, legato relictus sit l. 15. ff. quib. mod. usufr. l. 1. C. comm. de man. (11) si duobus v. gr. S. & M. usufructus legato relictus sit, illi pure, huic sub conditione, ad S. usque dum conditio existat, totus interim spectet usufructus l. 6. §. 2. ff. de usufr. accresc.

Thef.

IZV HALLM

DE cœtero, heic ultro quædam subnasci solent quæstiones, quas ventilationis ergo, in supplementum hujus materiæ, sparsim collectas subnexuisse haud ita temnendum operæ pretium, puto, fuerit. Et quidem id primum est, quod quæri solet: *Si controversia de proprietate inter duos forte oriri contingat, quid juris INTERIM habeat usufructuarius?* Et resp. usufructuarius interim in possessione manere juris sui, cui possessor insuper cavere debet, interim dum de jure suo is cum altero disceptat, se ipsi utendo fruendo nec nocere nec obesse velle l. 60. § 1. ff. de usufr. & quemadm. Si vero vel ipsi usufructuario moveatur quæstio, interim dum disceptatur inter ipsos, differri solet usufructus, & ipsi fructuario vel cautio præstatur de fructibus alias percepturis restituendis, vel sine satisfactione ad usumfr. idem admittitur l. 60. § 1. ff. eod. Deinde (2) quæritur: *Si T. & M. alternatim ususfr. legato relictus sit, & T. dum usufructus fruitur ab herede INTERIM proprietatem acceperit, an T. usumfructum legatum retineat?* Et ipsum usufructus jure interim cadere Julianns Ictus recte respondit l. 34. pr. ff. de usufr. & quemadm. consolidationis ergo §. 3. Inst. eod. quippe quod proprietatis dominus formalem usumfructum, tanquam incompatible cum dominio habere nequeat; proprietate tamen alienata utiq; hunc T. denuo habebit d. l. pr. cum hoc casu uno plures censeantur usufructus Brun. ad l. 34. n. 5. Idem dicendum foret, siquidem usufructus sub conditione legatus sit. d. l. pr. Hanc (3) excipit alia longe spinosior & intricatior quæstio proposita in l. 7. ff. quib. mod. usufr. Scilicet Titio legatus est usufructus purè, Marcio proprietate sub conditione Tit. usufructuarius interim dum conditio pendet

&et sibi proprietatem acquirit, deinde conditio imple-
 tur; quæritur jam: *An de jure Mævius cum proprietate et-
 iam usumfructum tanquam causalem quippe formali jam per
 consolidationem extincto, peti possit?* Et Ictus in hac l.
 affirmative nunciat. Enimvero de hac quæstionis de-
 cisione inter Eruditos non satis convenit, dum *Celeb.
 Dn. Brunnem.* hanc legem magis spinosam ac æquam esse,
 & Ictum (sicuti in simili casu l. is, cujus 26. ff. de legat. 2.)
 subtiliter & mirabiliter potius quam ex naturæ æquitate
 hanc decidisse asserit, d. l. 17. b. qui insuper ibidem n. 2.
 laudat *Groenoveg.* hanc iniquitatis postulantem, cum
 quo facit *Pacius Isag.* in ff. d. t. n. 2. per ll. quas ibi citat.
 Interim & pro salvanda lege autumarem ego (id quod
 citra invidiam meliora suggerentis dixerim) haud absur-
 dum fore, si quis diceret, hanc *Icti* decisionem juris stri-
 cti esse; quod utique Prætor æquo motu corrigi quivit
 vi generalis claus: *Si qua alia &c.* quo de eruditiores
 judicent! Denique (4) quæstionis est, si mari-
 tus defunctus uxori superstiti usumfructum alicujus prædii
 legavit INTERIM, usque dum totius dotis facta fu-
 erit restitutio, & INTERIM unus cohæredum ratam
 suam portionem uxori solverit, an hac nihilominus inte-
 grum hujus prædii usumfructum sibi servet? Et illam ipsam
 pro parte tradita usumfructum desinere habere ex *La-
 beone* recte *Javolenus* cenlet l. 30. ff. de usu & usufr. & red.
 vid. *Dn. Brunn.* qui hanc l. applicare instituit ad fundum
 feudalem, in quo, dum dos exolvenda, manere viduæ
 indulgetur, si quidem agnatorum aliquis pro rata dotem
 obtulerit d. l. n. 3. Sed ne reliquas servitutum species sic-
 co, ut ajunt, pede præteream, paucula quædam & de
 his, antequam huic positioni colophonem imponam,
 delibaturus sum. Notandum igitur est, quod, si (a)
 F ali-

IZV HALLEN



alicui usus infantis legatus sit, *interim* dum infans existit, hic usus nullus sit, qui tamen incepisse intelligitur, si quidem modo infantiae lubricum excesserit *l. 55. ff. de usufr. & quemadm. l. 6. §. 1. ff. de oper. serv.* Idem in fugitivo, ægroto, decrepito *l. 12. §. 3. ff. eod.* cui & jungi commode videtur, quod, si mulier gravida sit, *interim* hæc ab operæ præstatione excusetur *l. 16. §. 1. l. 17. l. 34. l. 50. in f. ff. de op. lib.* Huc itidem pertinet quæstio, quam vi argumenti ex *l. 18. ff. si serv. vind.* decidit *Dn. Brunn. si icil. inter Dominum & subditos lis oriatur de operis, & Dominus in judicio tergiversetur, diu miseris duntaxat eludens subditis, quid Iudici in hoc casu faciendum?* Et resp. *d. Auth.* Iudicem posse domino operas præstandas denegare *interim* usque dum ipse compareat & coram se respondeat *d. l. n. 3.*

MEMBRUM IV.

THES. I

TRibus jam prioribus *Iuris in Re* speciebus, quoad hæc ad rem & scopum facere videbantur, discussis, ex quibus his flosculis ad ferrum decerptis, recto tramite juxta ordinis seriem progredimur ad quartam, quod *pignus* dici suevit, & quidem sumtum heic larga significatione, ut & hypothecam includat *l. 1. ff. de pign. act.* servato igitur nostro tractandi modo, qua tenus hæc ex emphasi verbuli **INTERIM** æstimari solent, jam pauca colligemus. Hinc primo notamus, quod res aliena, licet regulariter oppignorari non possit *l. pen. C. si res al. l. 16. §. 7. ff. de pign.* tamen rei alienæ *interim* constitutum pignus, si quidem hoc ex postfacto ratificetur à Domino, valeat *l. 20. ff. de pign. act. l. 16. §. 7. de pign. l. 7. §. 1. ff.*

1. ff. qui pot. in pign. (2) Ex quacunque causa in possessionem a Magistratu missus interim pignus constitutum habeat l. 26. ff. de pign. act. An vero si iudex impeditus fuerit, aut moras nectendo cessaverit decretum exequi, creditor pro immisso habendus sit, videatur Dn. Brun. d. l. n. 6. & 7. Ad quod pignus Prætorium pertinet, quod hodie obtinet, *arrestum reale*, quodque ob debitum aliquod interim quandoque impetrari solet, quo de vide Carpz. & Mev. ll. cc. ap. Struv. Ex 9. th. 54. & 26. th. 12. utique si in mora periculum sit, cum creditori satius sit prævenire, quam præveniri vid. Berlich. dec. 107. n. 8. & d. 119. n. 8. adeo ut hoc passu nect temporis, nec loci, nec alius solennitatis ratio habeatur Id. ead. n. 9. (3) Ex captivitate redemptus interim pignoris loco penes redimentem manere solet, donec summa pro sui redemptione restituta fuerit l. 15. l. 21. ff. de captiv. & postl. l. ab hostib. 2. C. h. t. l. 43. §. ult. de legat. 1. [ubi & Gothofr. de heribano] ita ut si redemptus forte cedat bonis redimens omnibus ejusdem præferatur creditoribus ob jus pignoris in persona sibi quæsitum, ceu *præjudiciis* hoc ipsum firmare satagit Hahn. in Observ. Theor. Pract. ad VVes. t. ff. quæ res pign. vel hypoth. Sic (4) commentariensis inquisitum vel multatum, vel pœnæ absolutum, pro cibariis atque servitiis a se præstitis interim pignoris loco detinere potest arg. l. si necessarius 8. ff. de pign. act. vid. Dn. Brun. add. l. 8.

TH. II.

Occasione retentionis pro porro (5) notamus, quod ob impensas utique necessarias creditori interim, donec sibi a debitore satisfiat, detur retentio & contraria pign. actio l. 8. pr. ff. de pign. act. ob utiles etiam, modo debitor in has vel tacite vel expresse consenserit Dn. S. Stryk. Tr.

Tr. de Act. for. s. 1. m. 5. §. 37. quæ interim retentio etiam extenditur ad debitum chirographarium per *tit. C. & ob chirogr. pec. pign. ret. abs d. Auth. ibid.* Aliud si fidejussor accesserit *vid. Dn. Brunn. ad l. 17. de fidejuss. n. 2.* Eadem dabitur, si periculum evictionis rei pignoratæ futurum metuitur *d. l. 8. §. 1.* Aliquando etiam (6) pro minima parte debiti exolvenda creditori interim pignoris retentio competit *l. si rem. 9. §. 3. ff. de pign. act. l. un. C. etiam ob chirogr. pec. pign. ten. poss. l. 7. pr. in quib. causis pign. tac. l. 20. de judic. l. rem 65. ff. de evict. etiam si de usuris quid solvendum duntaxat restet l. debitores 2. C. debitor. vend. pign. imp. & c. Dn. Brunn. ad l. 14. n. 6. ff. de pign. & hyp. & ad l. 19. ibid. & l. 7. §. f. ff. quib. mod. pign. Mev. p. 2. dec. 44. n. 2. & p. 5. d. 67. propter pignoris individuitatem l. 1. pr. C. de luit. pign. & l. 1. C. si un. ex plurib. her. Struv. Ex. 26. th. 42.* Etiam (7) illi, cui antichreseos pacto pignoris usus est constitutus, dum pecunia sibi solvatur *l. ii. §. 1. ff. de pign. & hyp.* Denique (8) ejusdem debitoris ex duabus causis creditor, si huic ex una satisfactum sit, nihilominus, donec ex altera quoque sibi satisfiat interim pignus prioris causa datum retinere potest *l. un. C. etiam ob chirogr.* licet hujus persecutio ipsi denegetur *Pac. Isagog. d. l. un.*

MEMBRUM V.

THES. I.

Hanc denique excipit quinta & ultima *Juris in Re* species, possessio, de cujus emphasi nostrum **I N T E R I M** concernente (*Doctorum enim heic subtilitates hoc ipsum in dubium vocantium, autoritatem illiquidis legum rationibus corroboratam Magnif. atque Celeb.*

leb. Dn. S. Stryct. in Tr. de Act. for. s. 2. m. 2. §. 1. ample-
xans, parum curo) *Interimistica* (ut ita dicam) pauca
nobis dicenda restant, quæ jam proferre satagemus. Et
quidem ex primo decreto (quod ipsum, præterquam
quod hoc *Zasio prima* Judicis *aggravatio* audiar, Italis *te-
nuta*, Gallis *recredentia*, Hispanis *interim*, Imberto
possessio fiduciaria dici suevit, uti hæc adnotavit Gothofr.
in not. marg. ad l. 15. §. 16. ff. de damn. infer. is (1) cui le-
gatorum fideic. causa non est cautum, *interim* in pos-
sionem mittitur, donec sibi caveatur l. 1. §. 1. ff. ut in
poss. leg. is, cui s. pr. eod. Add. Struv. Ex 26. th. II. Olim
quidem omnium bonorum etiam ob rem minimam ho-
die tamen juxta rei quantitatem Nov. 53. c. 4. §. 1. c. ult.
X. ar. lite non contest. Brunn. ad l. 5. n. 2. & 3. & l. 13. ff. ut in
poss. leg. Dissent. Struv. Ex. 44. th. 38. & Ex. 36. th. 59. &
V Vissenb. p. 2. d. 10. th. II. distinguens inter missionem
ipsam & missionis effectum: utrum placet jam e-
ligas; nos vero in conflictu mentem nostram jam
brevitatis studentes prolixius fors explicabimus. Cæ-
tera, immissio hæc fit ex causa damni infecti mox in to-
rum mox in partem rei periculum minitantis l. 4. §. 1. l.
38. §. 1. l. 15. §. II. 12. & 13. ff. de damn. infect. Struv. Ex.
39. th. 14. & 26. th. II. custodiæ etiam l. 12. ff. quib. ex
causis in poss. l. 3. §. fin. de acquir. vel amitt. poss. Add. Dessel.
Erotem. I. C. 2. X. de eo, qui mitt. in poss. & c. pignoris
servandi l. 2. & 3. C. qui pot. in pig. Add. Struv. Ex. 26. th.
10. & 44. th. 39. adeo ut & hæc immissio dirutis ædificiis
in ruderibus, donec damnum & expensæ forte factæ, ob-
tineant l. 15. §. 34. ff. de damn. infect. (2) In possessio-
nem mittitur aliquis, si propter rem duobus sub diversis
conditionibus legatam non caveatur, dum enim uterq;
in possessionem mitti solet l. 9. §. 1. ff. ut in poss. leg. (3) In
bona

bona pupilli indefensi aliquando *interim* ex primo decreto possessio creditori decernitur l. 5. §. 2. ff. quib. ex causis in poss. eatur. Et, si hi ipsi minores, *interim* ex illis bonis alimenta præstanda sunt l. fin. pr. ff. de Reb. Auth. Jud. usque ad pubertatem d. d. ll. 38. & ult. Idem & in furioso & prodigo l. 7. §. 9. 10. 11. & 12. l. 10. eod. Struv. Ex. 44. th. 36. & 43. usque, dum ipsi defensione gaudeant l. 5. §. 2. & 3. d. 2.

TH. II.

Sic (4) immissio in possessionem bonorum concedi solet, propter nimis longam absentiam necessariorum provisionaliter, i. e. *interim*, dum de ipsorum vita & morte dubitatur, proxime successoribus, præstita cautione, de fructibus *interim* perceptis, ubi absens redierit, restituendis, qui legitimi administratores possessores dicuntur Majoratus Fr. Salgado de Somoza Labyr. Credit. concur. P. 2. c. 22. n. 72. qui idem & in seqq. numm. notari meretur. Munnoz de Escobar. de ratioc. admin. c. 6. n. 50. 51. 52. & passim. Quod & in beneficiato vagabundo procedere aumat id. ibid. n. 53. junct. d. Fr. Salgad. d. Somoz. Lab. credit. p. 1. c. 8. n. 49. qui plures dicta firmantes Authores laudat ibidem. Idque porro utique aliquando ex officio Judicis Idem d. l. p. 1. c. 13. n. 2. & seqq. (5) creditori porro conditionali l. 6. ff. quib. ex causis in poss. eatur. Non vulnerat h. legem l. pen. §. fin. ff. eod. quae de vide VViss. p. 2. disp. 21. th. 3. & p. 3. dec. 5. th. 23. (6) Creditori, cujus debitor ab hostibus captivus detinetur l. 6. §. 2. qui hoc passu *interim* quasi curator bonis datus censeretur debet d. §. 2. bona tamen ejus *interim* venire nequit l. fin. §. 1. ff. de reb. auth. jud. (7) Eidem, si debitor fraudulentur latitaverit in jus vocatus, nec ab alio quopiam defensus fuerit l. 2. pr. l. 7. §. 1. 7. & seq. ff. quib. ex causis in poss. etiam si

iamsi fraudationis causa reus lateat, tamen absens sit & a nemine defendatur *l. 2. pr. & §. 2. l. 6. §. 2. l. 13. quib. ex causis in poss.* Quid vero hodie circa reum per publicum proclamatum, legitimo tempore lapso, non comparentem obtineat *vid. Struv. Ex. 44. th. 41. ubi refert ex Gail. de pac. publ. l. 2. c. 1. 3. & seqq.* contra istum procedi ex arbitrio actoris vel ad inmissionem in bona rei vel ad pœnam banni. (8) Si debitor sub prætecto boni publici fraudulenter latitaverit *l. 35. ff. de reb. auth. jud. p.* non tantum profugiendo sed & intra civitatis pomeria *l. 36. ff. eod. l. 7. §. 33. quib. ex causis in possess.* latitando, uti Romæ circa columnas scil. vel stationes homines obæcati (exindeque *columnarii* dicti) frequenter facere instituerunt *Gothofr. in not. marg. ad l. 7. §. 13.* (9) Si debitor exilii causa solum verterit & indefensus fuerit *l. 13. ff. d. t.* (10) Si quis suspectus hæres satisfacere iussus fuerit nec dederit satis *l. 31. §. 3. ff. de reb. auth. & c.* (11) Si hæres vel deliberaverit vel hæreditatem adire distulerit, ubi interim aditio in pendenti *l. 9. §. 1. ff. quib. causis in poss. Mev. p. 5. dec. 344* (12.) Si mortuo hæres non fuerit nec extiterit *l. 6. C. de bonis Auth. & c. ibiq; Gothofr. ad l. 5. lit. l.* TH. III

Porro (13) interim alicui possessio conceditur rei sub conditione legata servanda causa *l. 11. pr. ut in poss. legat.* Idem & in statulibero obtinet *d. l. pr. eod.* (14) Post humus sub conditione exhæredatus, pendente conditione interim venter in possessionem mittitur juxta *Pedii* sententiã *l. 1. §. 5. ff. de ventr. in poss. l. 3. ff. de lib. & posth.* (15) Filio, qui sub conditione hæres est institutus interim hac pendente *b. p.* competit *sec. tabb. l. 2. §. 1. ff. de b. poss. sec. tabb. l. 5. l. 6. ff. eod.* qua demum impleta, hæreditatem is pleno jure nanciscitur, deficiente vero, hæredibus restituere tenetur *Dn. Brun. ad l. 5. eod.* etiamsi hic institutus hæres servus sit *l. 10. ff. de b. p.*

12V HALLEN

b. p. sec. tabb. (16) aliquando etiam, si legatum vel fidei-
 cub conditione filiofamilias sit relictum, pendente hac
interim & filius & parens in possessionem mittuntur l. 11.
 ff. quib. ex causis in poss. (17) Eodem missionis in bona
 jure, gaudet mulier ex marito imprægnata, hoc mortuo,
interim dum pariat vel abortum faciat vel eam prægnan-
 tem non esse adpareat l. 1. pr. & §. 27. ff. de ventr. in
 poss. mitt. ad decernendum scil. ventri victum & ami-
 ctum, cum pro facultatibus defuncti, tum dignitate ejus
 atque mulieris §. 19. eod. cujus ampliationem tradit Dn.
 Brunn. ad l. si is §. 13. n. 2. eod. etiam si hoc incertum sit
 propter ration. §§. 2. s. 9. & 11. ff. laud. r. de ventr. in poss.
 mitt. utique si mulier deferente hærede juraverit l. 10. ff. de
 Carb. edict. si vero non dubitatur de filiatione, sed, an fi-
 lius in potestate, an sui juris sit *interim* b. p. ex utili Carbo-
 niano locum habebit l. 7. l. 8 ff eod. (18) Sic uxor filii ab
 ab hostibus capti prægnans, propter spem futuri hæredis
 sui, *interim* dum maritus captivus detinetur in poss. bono-
 rum soceri mittitur l. 11. §. 8. d. r. (19) Impubes, cui sta-
 tus controversia facta de familia in bona *interim* ad usque
 pubertatis tempus immitti solet, præstita cautione de bo-
 nis medio tempore haud diminuendis l. 1. pr. & passim de
 Carb. edict qui & *interim* filius (quod obiter heic adjici-
 mus) habetur Struv. Ex. 37. th. 49. Illud quod obtinet
 non solum in extraneo controversiam intentante, sed &
 in ipso parente §. 4. eod. imò si fiscus §. 7. eod. qua Carboni-
 ana accepta filius ordinarium demum agnoscet, si quidem
 jus b. poss. ad hæredes suos transmittere velit l. un. §. in no-
 vissimo C. d. caduc. toll. VViss. p. 2. disp. 12. th. 6. (20) Idem
 dicendum, si matri impuberis status controversia movea-
 tur vel subjecti arguatur l. 1. §. fin. Add. VVissenb. v. 2. d. 12.
 th. 4.

Denique etiam (21) conceditur hæredi sub conditione scripto *interim* b. p. l. 5. & 6. ff. de b. p. sec. tabb. etiam si sit servus l. 10. ff. eod. utique si filius sub conditione sit hæres institutus (puta vel casuali vel mixta) l. 2. §. 1. ff. eod. qua tamen cond. deficiente restituenda omnia hæredibus ab intestato d. §. 1. licet aliquando, etiam si hæc deficiat, possit b. p. contra tabb. peti *ex h. lege*. Brunn. h. (22) Filio post mortem patris ab hostibus redenti l. 11. §. 1. ff. de b. p. sec. tabb. Præterea (23) parentes quandoque, cum *jure Civ.* venire nequeant, ad exemplum Patroni *interim* b. p. contra tabb. emancipatorum obtinent l. 1. ff. si a par. quis man. idque ad avum extenditur *vid. Brunn. adh. l. ibique* traditas à se exceptiones per *laud. l. & Auth. in specie ob. l. fin. ff. si a par. quis man.* [24] Scriptus hæres, impubere præterito filio b. possessionem contra tabb. petente, *interim* non potest b. p. petere l. 12. ff. de Carb. edict. Quo modo vero consultum sit *interim* moriente scripto hærede, hæredibus succedentibus *vid. Dn. Brunnem. adh. l. 12. d. t.* (25) sponsa si eam sponsus vel deserat vel matrimoniū cōsummare nolit, *interim*, pro alimentis consequendis, in ipsius bona mittitur, utique ob majorem partus favorem, si hæc ab ipso imprægnata fuerit *Carpz. Ipr. Eccl. l. 2. def. 136. Celeb. Dn. S. Stryk. Tr. de Act. for. s. 1. m. 2. §. 29.* Huc affinitatis ergo interdictorum materia & remedia possessoria s. actiones in factum tere spectare videntur; verum cum de his occasione *terti objecti juris sc. Actionis* in capite sequenti tertio commodius dici potest, ad hoc ipsum illa, sine remora ulla jam ad alia progredientes, reservabimus.

G

MEM-

12 V HALAM

MEMBRUM VI.

THESES. I.

Sic itaque salo *Iuris in Re* peragrato, expansis adhuc & splenis vento velis accelerare *jus gestio ad Rem s. obligationis*, quod ipsum alteram *juris Rerum* partem constituere consuevit. Fluit vero istud *jus obligationis* vel ex *facto naturali* (quodque vel sola *aequitate* vel *praexistente aliquo facto* eoque vel *licito* vel *illicito* nititur) *l. 1. ff. de pact. l. 5. §. 2. ff. de solut. vel civili Struv. Ex. II. th. II.* & generali significatione insignitur *contractus* *l. 20. ff. de jud. Civile* porro in specie ex modo obligandi dispertiri solet ob *nomen* & *causam* in *contract. nominatum* ob *solam causam* in *innominatum* *Struv. Ex. 6. th. 29.* Sunt vero illi juxta divisionem *§. fin. Inst. obligat. vel reales* vel *verbales*, vel *literales* vel *consensuales*; hi vero tantum *reales* *l. 1. §. 2. ff. de ver. permut. l. 5. pr. §. 1. & seqq. ff. de praescript. Add. eleg. Tr. de Act. for. Exc. S. Stryk. f. 1. m. 4. §. 4. & 5.* de quibus singulis nunc pro modulo & captu ingenii nostri paucis agemus, atque ea, quæ *rhombo* nostro adaptari (si ita fas) *interimistico* possunt, anquiremus. Quod primum itaque est notamus circa obligationem *ex facto naturali* proveniente (1) quod, licet regulariter imo naturaliter onus liberis alendi matri non incumbat, mater in primis stuprata *interim*, dum stuprator absens sit, infantem alere debeat *arg. l. 34. ff. de neg. gest. l. II. C. eod. Dn. S. Stryk. Tr. de Act. for. f. 1. m. 2. §. 6.* utique si hæc cum pluribus concubuerit *Carpz. Ipr. C. l. 3. t. 6. d. 81. num. 12. per ibid. laud. Auth.* Cui vero onus alendi *interim* infantem expositum incumbat, cujus paren-

parentes ignorantur, haurire licet ex *d. Auth. Carpz. l. 2. r. 14. d. 244. n. 4. & seqq.*

TH. II.

[Dem [2] debet maritus, dum de matrimonio contracto inter ipsum & mulierem disceptatur l. 7. ff. de agn. & al. lib., limites tamen hoc ex l. seq. 8. utique si parentem se negat pendente filiationis causa arg. l. 10. ff. de his, qui sunt sui vel. al. jur. conf. Cel. Dn. S. Stryk. elegantiss. Tr. de Ad. for. s. 1. m. 2. §. 13. & seqq. quod & præjudicio firmat Cel. Dn. Brunnem. d. l. 5. n. 24. ff. de agn. & al. lib. id tamen citra veritatis præjudicium d. l. 10. l. 5. §. 9. ff. d. t. Dn. Brunn. ad. d. l. n. 22. qui & ibid. n. 16. ex Finckelthuf. quæstionem movet, quid sc. juris sit, si infanti alimenta præstanda promissa vel annuatim vel summatim & infans INTERIM moriatur, contingat? Et breviter (id enim in transcurso, quod & ipse) respondendo se refert ad *d. Auth. F.* qui putat, si alimentorum promissio facta sit in annos, quod hæc matritunc acquirendæ debeatur, secus si ad summã. Quanam vero partes prudentis Advocati non minus atque Judicis his in casibus observandæ sint, de his recte & belle monentem vide sis prælaudatum sæpius Dn. S. S. Tr. c. l. §. 13. 14. 15. & passim Junct. Celeb. ipsius Dn. Fratris disp. inaug. de Decret. Interimist. c. 2. n. 75. 99. qui hoc ipsum Decretum Provisionale s. Interimisticum ampliando & ad conjuges extendit, utique si quidem ab alterutra parte accusatione adulterii intentata, divortii controversia pendeat *d. Tr. s. 1. m. 2. §. 16. & 36.* Imo & desponsatis hoc ipso remedio aliquando consuli posse probat *Carpz. Jur. Eccl. l. 2. def. 236.* quem laudat *Cel. Dn. S. Str. d. Tr. section 1. m. 2. §. 15. & 27. cum seqq.* ubi & bene multa alia notabilia tradit usque ad §. 37. inclusive.

G 2

Hæc

IZVHALLE

Hæc [3] ex naturali obligatione profecta alendi libero & necessitas, licet ob ingratitude[m] extingatur l. potius cesset, nihilominus tamen, si liberi hujus a parente sint insimulati & lis in pendentem fuerit, utique alimenta *interim* præstanda sunt *Dn. S. S. t. l. §. 16.* Quæ dicta jam & ad adoptivos in univ[er]sum applicate instituit *Id. eod. §. 21.* imo ad fratres tam germanos, quam consanguineos & uterinos saltem ad maxime necessaria §. 22. ad filias & sorores ex feudo alendas, in subsidium scilicet, si quidem allodium has deficiat *Id. ib. §. 23. per laudat. Auth. denique ad dorem & hisdem constituendam §. 25. Add. Barbos. & Tab. loc. comm. l. 4. c. 57. ax. 8. & l. 6. c. 35. ax. om. 2.*

TH. III.

Porro [4] de pacti obligatione in genere notandum, quod istud si sub e conditione sit conceptum *interim* hæc pendente non obliget *l. 213. ff. de V. S. l. 41. de condit. & demonstr. Add. Dn. Pufend. Elem. Ipr. Univerf. l. 1. def. 12. §. II. & Fr. Salgad. de Somoz. p. 1. c. fin. n. 89. ibiq. laud. Jacob. de Grassis de except. Exc. 33. & Alvarez Velasco in ax. lit. C. n. 101. & seqq. interim tamen nec pœnitere licet *l. 8. ff. de peric. & comm. rei vend. Add. Dn. Gædd. de contr. stip. c. 9. n. 176. quem laudat Dn. S. S. sect. 1. m. 2. d. Tr. §. 13.* Idem si ad tempus pactum fuerit, quod & *interim* pactum aliquando fidejussori prodest *l. 27. §. 5. ff. de pact. l. 27. §. 1. eod. l. 7. §. 1. de except. VVissenb. p. 1. disp. 9. th. 46. Add. Hahn ad VVissenb. t. de pact. verb. secundo a materia. ubi & quid obtineat, tradit, ratione translationis in alios, si pactum personale sit. Sic [5] notari potest, quod pactum *ne a se petatur* cum servo initum, in tantum quidem non valeat, cum ab ipso peti nequeat *l.***

cum

cum servus ff. de R. I. interim tamen Domino acquiritur exceptio pacti conventi, ejusque heredi, si in rem fuerit, doli, si in personam l. 21. §. 1. ff. de pact. [6] Furiosi licet ob defectum facultatis intellectus pacisci nequeant interim tamen, dum dilucida intervalla habent, recte pacisci dicuntur, imo & civiliter contrahunt l. 12. §. 2. l. 39. de jud. l. pen. de curat. fur. Ex æquitate tamen hisdem aliquando pacto ficto succurri solet l. 2. §. 2. ff. solut. matrim. l. 25. C. de nupt. Hahn ad Vvesenb. t. ff. de pact. N. V. pr. sub. fin. fol. ejusd.

MEMBRUM VII.

TH. I.

HÆc de obligatione, quatenus hæc nititur sola equitate naturali & facti precedente, jam ad civilem, ex qua vulgo contractus dici sueverunt, quorum primam speciem absolvit, qui ex re provenire dicuntur, ut sunt: *mutuum, commodatum &c.* De quibus singulis tanquam largissima messe spicilegium quasi instituemus. Primum itaque est, quod notamus, quod si quis mutuum sub conditione contrahat (cùm conditionalia quævis ex conditionis eventu pendeant c. *supereos X. de cond. app.*) interim hac pendente, istud pendere dicatur l. 7. ff. de reb. cred. l. 8. eod. (ubi & de credito interim concessio ex post facto confirmato ad d. l. 44. §. 1. l. 86. §. 2. ff. de legat. 1. Sic (2) si quis rem ap. aliquem deponat hac lege, ut si quidem velit, hacce utatur, interim, dum rei depositæ usus non intercedit, *mutuum* contractum non est l. 10. ff. de reb. cred. Add. Dn. Brunn. ad l. 9. n. 7. eod. Idem ad l. 2. & 3. ff. depos. n. 20. & ad l. 29. n. 1. ff. eod. Quid vero obtineat interim, si errore intervenito, ab altera parte pro deposito accepto

acceptum, ab altera pro alia specie traditum quid fuerit
vid. l. 58. ff. de reb. cred. Add. Struv. Ex. 16. th. 5. Idem
 (3) si mutuam pecuniam abs me petenti dederim spe-
 ciem aliquam vendendam, ut mutua hæc fieret, ante ven-
 ditionem *interim* & usum *l. 11. ff. de reb. cred.* ita ut si spe-
 cies hæc ante venditionem forte pereat, ubi res venalis
 fuerat, periculum ad tradentem, sin minus, ad petentem
 pertineat *d. l. ibique Doctores.* Si denique & (4) locius rem
 communem mutuam dederit ante cæterorum in hanc
 consensum *l. 1. ff. d. r.*

TH. II.

EAdem fere, quæ dicta sunt, & ad *commodati* contra-
 ctum, non est quod dubitem, referri posse. Adjici-
 mus tamen quod, si quis rem alienam possideat *interim*,
 dum hanc ipsam possidet, commodare possit alii *l. 15. ff.*
commod. sit licet m. f. possessor *l. 16. ff. eod.* & quod ex-
 pensæ in rem commodatam ex rationabili causa *interim*
 factæ, commodatario à commodante restitui debeant
l. 18. §. 2. & l. 22. ff. eod.

TH. III.

DE utroque hæc dicta sine dubio obtinent & in *deposito*;
 circa quod præterea notamus, quod si quis deposti-
 tum in certum diem & tempus fidei alicujus tradiderit,
interim tamen & hoc repetere possit *l. 1. §. 45. & 46. ff.*
depos. Obst. l. 1. §. 2. h. Verum resp. *h. l.* non intelligi de-
 positum in specie, sed sequestrum; id quod facile, ruspanti, ut
 puto, adparebit. Heic ultro quæri potest: *Si depositarius rem*
depositam INTERIM apud alium deposuerit, isque fraudulen-
ter & dolose rem tractarit, qui deponenti consultum sit? Et
 facile promteque responderi potest ex *l. 16. ff. depos.* ubi
 hæc quæstio in terminis proponitur conf. *l. 7. l. 8. eod.*
Add. Dn. Stryk. tr. Act. for. s. 1. m. 5. §. 22. Struv. Ex. 21.

th. 37.

ib. 37. & Dn. Brunn. ad d. l. 16. qui hoc casu, primo de-
positario non cedente, utili actione contra secundum de-
ponentem experiri posse autumat.

TH. IV.

Huic contractui affine est *sequestum*, quod rei litigio-
sæ dicitur *interim* depositum l. 6. l. 33 ff. de depos. l. 110.
ff. de V. S. arg. l. 17. ff. depos. quo de etiam Struv. Ex. 21.
th. 45. & seqq. Dn. Brunn. ad l. 13. ff. depos. quod que *inter-*
im, dum super re est litigium, durat *ad. ll.* Causæ vero,
ob quas hæc sequestratio *interim* obtineat, peti queunt
ex laudato Struv. Ex 21. th. 50. & VVissenb. ad d. l. 110. p. 3.
d. 28. th. 10. Add. Exc. Dn. Zaunschliff. Tr. de O. I. S. *ibi.*
demque laud. P. 2. C. 2. §. 2. ubi notabilia de sequestro ex
officio iudicis *interim* constituto traduntur. An & rei
sic sequestratæ possessio *interim* in sequestum transeat vi-
de distinctione hanc rem decidendam VVissenb. d. l. §. 11.
Quantum vero hocce sequestum ab arrestis, pignora-
tionibus, repressaliis & missione in possessionem bono-
rum (quæ omnia, ut ipse VVissenb. ait, non sine insigni *arrogantia*
& socordia Doctores quidam confundunt) differant,
vide sis ap. d. Auth. d. l. §. 13. cui astipulari satagit Ampliff.
ICt. Dn. Gæddæus ad d. l. 110. sub. fin. p. m. 827. Cætera, de
uxore ob mariti sævitias, conjuge litigiosa, virgine duo-
bus desponsata, eaque itidem vel a patre vel a sponso co-
acta *interim* custodiæ commissis, aliisque quam plurimis
notabilibus admodum exemplis vid. Hahn. ad VVesenb.
t. ff. depos. N. V I. n. 10. & seqq.

TH. V.

Denique circa *pignus* quatenus scil. hoc ipsum adhuc
constituendum est [constitutum enim, quartam spe-
ciem absolvit *Iuris in Re*, quo de supra egimus] præter-
quam quod generalia de prioribus proximis & huic con-
venienti

venienti modo accommodari possint, notes (1) quod statuliber, quoad status ejusdē pendeat, *interim* oppignorari possit l. 13. §. 1. ff. de pign. & hyp. (2) hypotheca sub conditione obligata *interim* hac pendente non debeatur l. 13. §. 5. ff. eod. quod dies *interim* nec cessit nec venit l. 213. pr. ff. de V. S. Add. VVissenb. h. Manz. ad §. 4. Inst. d. V. O. si tamen debitor de fuga sit suspectus, licet creditori *interim* vel in diem vel sub conditione obligatam hypothecam persequi l. 14. ff. de pign. & hyp. ibique Dn. Brunnem. (3) Non dominus s. b. f. possessor *interim*, dum jus suum durat, rem pignori dare possit l. 18. ff. de pign. Add. Struv. Ex. 26. th. 33. & si duobus hic oppignorerit rem, prior potior habeatur l. 14. ff. qui pot. in pign. (4) Idem *interim* potest is, cui pignus sub conditione constitutum, hac pendente l. 9. pr. ff. eod. (5) Creditor, cui a debitore pignus constitutum est, durante debitoris obligatione l. 40. §. 2. ff. de pign. act. l. 1. & 2. C. si pign. pign. dat. Add. Hering. c. 4. n. 48 & seqq. Hillig. in Donell. l. 15. c. 48. lit. F. Dn. Brunn. ad l. 9. n. 6. ff. de fidejuss. quod juxta comm. Ddr. opinionem ad infinitum extendi tuevit vid. Brunn. ad l. grege 13. n. 2. ff. de pign. & hyp. solutione tamen a priori facta, pignus secundum extinguitur, videatur itidem Dn. Brunn. ad l. lex vectigali 31. ff. de pign. & hyp. (6) De cœtero, creditor pignus, antequam debitor in mora sit constitutus, *interim* distrahere nequit, utique si pacto diei dilatio sit adjecta l. 4. ff. de distr. pign. Quæ vero in pignoris distractione sint observanda belle docet Celeb. Dn. Brunn. ad l. 4. C. h. t. Sic [7] creditor antichreticus durante antichresi *interim* ex fundo antichretico redditibus fruitur, nec *interim* ex hac, ratione impensarum, usuras a debitore consequitur Carpz. P. 2. const. 37. def. 27. Dn. S. S. de Act. for. s. 1. m. s. §. 36.

Porro (octavo) constitui potest *interim* pignus vel hypotheca in re sub pacto additionis in diem emta conditione resolutive l. 4. §. 3. ff. de add. in diem. Dn. Brun. ad l. 1. & 2. ff. de in d. add. n. 5. Add. Struv. Ex. 23. th. 87. N. O. l. 3. ff. quib. m. pign. vel hyp. Ad quam resp. Struv. in Evol. Ex. 23. th. 35. Expirat tamen hæc una cum venditione, ubi lautior & melior conditio intra statutum tempus venditori affulserit d. l. Add. Dn. Brun. ad l. 3. ff. quib. m. pign. vel hyp. solv. [9] In re sub pacto retrovenditionis vendita, quod nec per retrovenditionem resolvi solet, sed emtor vel rem luere vel interesse præstare tenetur Struv. Ex. 23. th. 43. Zæf. ad t. ff. de leg. comm. n. 12. & 28. [10] in re emphyteuticaria sub certa lege data, & siquidem huic paritum haud fuerit, res ad Dn. suum revertit & pignus evanescit l. 31. ff. de pign. & hyp. Add. Dn. Brun. Bachovium laudans, qui elegantem tradit pro creditore hoc passu cautelam d. l. n. 4. idque in primis, cum ipsius intersit n. 5. secus in re feudali per c. 1. de prohib. feud. al. per Frid. Gothofr. in not. marg. ad d. l. 31. Sub finem hujus thesios coronidis loco questionem, quæ ultro heic subnascitur, subnectimus. Fundus scil. Tusculanus sub conditione casuali mihi legatus est, heres ejus causa mihi constituit hypothecam, quam ex alia causa, pend. conditione, is *INTERIM* alii pignore obligat, quæritur jam, *uter in concursu sit præferendus?* Et me hoc in casu præferendum in terminis evincit l. 9. §. 2. ff. de pign. & hyp. quippe quod hæredi non liberum fuerit sese obligare propter conditionis casualis vim suspensivam.

H TH.

Reales hos contractus sequitur jam is, quo *verbis* obligamur, quæ dicitur *stipulatio*, quæque cum hodie (bene dudum veterum scrupulositate explosa per *Constitutionem Leonis l. 10. C. de contr. & commit. stip.*) ap. aliquos in viridi observantia habetur, & nudum pactum insuper hac muniri solet, nec nos eam heic præteribimus, quippe quod de illis duntaxat paucissima quædam & quasi per *indicem* (uti *Imp. in S. fin. Inst. de publ. Iud.* loqui amat) tetigisse nobis sufficiet. In quibus promineant (1) quod *stipulatio* sub conditione ad futurum concepta *interim* ante conditionem existentem hanc suspendat §. 4. *I. de V. O. l. 37. l. 39. ff. de reb. cred. l. 80. ff. de condit. & demonstr. l. 100. de V. O. l. 213. ff. de V. S.* Et si pendente conditione *interim* promissor decedat, hic hæredem suum obligatum relinquat *l. si quis 57. ff. de V. O.* id quod intelligi debet non tantum de conditione casuali sed & potestativa *vid. Anton. Math. Colleg. Inst. disp. 15. th. 3. ibique not.* (2) obligatio pura per *stipulationem* sub conditione in personam tertii ex intervallo collata, *interim* pendente hac, prior obligatio suspendatur *l. 36. ff. de reb. cred.* (3) Is, qui suo nomine alterius pecuniam alicui *stipulatione* credidit, *interim* sibi jus obligationis acquisierit, licet hoc alteri cedere debuerit *l. 2. C. si certum per. ibiq. Gothofr. l. 16. ff. de pign.* Deinde etiam (4) quod *stipulatione* dotis causa facta, antequam nuptiæ sequantur, *interim* illa non efficax habeatur; quæ tamen, his non secutis, ipso jure evanescit *l. 4. S. 1. ff. de pact.* quod tacite huic *stipulationi* se ingerit conditio: *si nuptiæ fuerint secuta dd. ll. 21. & 44. ff. de jur. dot.* [5] Facta sub conditione *stipulatione* de re ipsius *stipulatoris*, si quidem pendente illa hæc *interim* ejus esse desinat, *stipulatio* valeat *l. 31.*

l. 31. l. 98. pr. l. 61. de contrah. empt. l. 41. §. 2. ff. legat. v. Struv. Ex. 47. th. II. Præterea (6) de fidejussore interim non conveniendo notes casum l. 5. pr. ff. ut legat. Huc refer novationem & delegationem, imo & fidejussionem, de quibus quantum ad conditionem idem dicendum fore arbitrator per l. 8. §. 1. l. 14. pr. l. 24. & passim ff. de novat. & delegat. l. 6. §. 1. ff. de fidejuss. l. 27. ibique Brunn. l. 16. l. 70. eod.

TH. VII.

DE contractu literalis, chirographario, qui jam sequitur, idem censendum puto quantum ad conditionem, ob ejus vim generalem & efficaciam, quod, quæ sunt in conditione, non statim & sunt in obligatione arg. l. si quis 8. ff. si quis omiss. causa testam. quin, quod conditionalia ex conditionis eventu pendere sueverunt c. super eo 5. X. de cond. app. l. cedere 213. ff. de V. S. add. Barbos. & Tab. loc. comm. jur. l. 3. c. 60. ax. 30. & l. 13. c. 5. ax. 2. De cætero heic notandum, quod chirographum nondum lapso bien- nio interim adversus debitorem ejusque hæredes, quod in tantum exceptio non numeratæ pecuniæ obstat, nihil probet per l. 8. in fin. l. 14. pr. C. de non num. pec. verb. usq. ad quinquennium t. Inst. de lit. obligat. Heic cum mani- bus ICTi Itali Galvani nullus ringor, de numero literis perfectæ obligationis seu literalis contractus, sed hoc duntaxat obiter adjicio, quod, si huic, juxta Doctorum o- pinionem, adnumerandi sint contractus emphyteuticus, libellarius, & si qui conventionem sint alii, interim donec scriptura accedat, nondum perfecti habeantur per nobi- liss. l. 17. de fid. instr. Add. Berlich. d. 98. n. 5. ubi de con- tractu facta solenni subhastatione scriptis perficiendo agit, quem & juxta Ddr. literalis accenset. Sic & senti- mus.

mus de contractu apud *Acta* facto, quo de videatur *Idem*
dec. 108, n. 3. qui literas requirit.

TH. VIII.

HOs demum excipiunt contractus, qui consensu constituti
 & perfici assolent, ut sunt, *empt. & vend. locat. & con-*
duct. &c. Ex quibus sequentia strictim colligendo deli-
 bamus. *Emtia* (1) sub conditione contracta interim hac
 nondum existente haud perfecta habetur *l. 7. l. 37. de*
contr. empt. l. 43. §. 9. ff. de Edict. edict. Imo etiam si pura
 sit venditio, tamen propter juris conditionem aliquando
 in suspensio est, eo quod conditio cum a jure, tum ab ho-
 mine adjecta actum suspendat *Gothofr. ad h. l.* adeo ut
 pendente hac, periculum interim venditoris sit *Mynsing.*
cent. 6. obs. 36. Carpz. p. 2. c. 26. def. 21. quos laudat *Dn.*
Brunn. ad l. 8. ff. de peric. & commod. add. Idem ad l. ult. n. 8.
ff. eod. ibique passim. [ubi, quod obiter advertimus, &
 totam materiam venditionis ad corpus & ad quantitatem
 per varias *Doctorem* opiniones, sic satis alias intricatam,
 breviter quidem, sed pro more clare non minus atque
 erudite delineat] nisi stet per emptorem, quo minus hac
 impleatur *l. 50. ff. de contr. emt. vel partes aliter convenc-*
riat l. 10. ff. de peric. & comm. Hac vero adjecta emptori ver-
 ba: *si res tibi placuerit*, an conditionem arguant *vid. An-*
tonius Matth. id ipsum asseverans Coll. Inst. I. disp. 16. th. 9.
ibique in not. Hotom. [2] Idem si scriptis sit perficienda,
 interim donec conventio scripto consignetur *l. contra-*
ctus C. de fid. instrum. Add. Leonh. Less. de I. & I. l. 2. c. 21.
dab. 1. Schneidvv. d. emtion n. 4. Menoch. cons. 103. n. 40. &
cons. 922. n. 25. cons. Carpz. p. 3. c. 3. def. 26. n. 3. Molina de
I. & I. d. 237. n. 10. [3] si res sub pacto additionis in diem
 sic dividita *l. 1. §. 2. ff. de in d. add.* ubi nec gabella nec
 laudemium interim debetur *Barbos. & Tabor. loc. comm.*
 jur.

jar. l. 7. c. 1. ax. 2. [4] si venditori pactum sit adjectum
 ut nisi placuerit intra praefinitum tempus redhibeatur l. 31. §.
 22. ff. de Edil. ed. l. 6. ff. de resc. vend. (5) si venditionis
 conditio in arbitrium tertii sit collata interim, donec hic
 pretium determinare satagat l. 15. C. de contrab. emt.
 Manz. ad §. 1. Inst. de emt. & vend. n. 17. Dn. Brunn. ad l. 7.
 ff. de contr. emt. n. 3. non item emtoris vel venditoris l. 13.
 C. de contr. emt.

TH. IX.

ADjice (6) quod & nomina sub conditione & in diem
 contracta interim emi vendique queant l. 17. ff. de
 de her. vel act. vend. l. 19. eod. (7) quod furiosi, cum dilu-
 cida habeant intervalla, interim recte (siquidem & alios
 contractus celebrant) emant & vendant l. 2. C. de contr.
 emt. (8) res sub spe mutui accipiendi oppignorata in-
 terim recte ab oppignorante vendatur l. 4. ff. quæ res pign.
 vel hyp. Quibus (9) & de periculo rei venditæ subjun-
 gas, quod, si res ad mensuram vendita liquida sit interim
 donec hæc admetiatur, venditoris sit l. 5. ff. de per. & comm.
 r. v. nisi ipse emtor moræ causam præbuerit vel aliud pa-
 ctum intervenerit l. 5. l. 10. C. eod. Aliud in venditione
 per averfionem facta l. 1. §. 1. l. 4. ff. eod. ibique Dn. Brunn.
 n. 3. (10) Qui mandato alius fundum in totum per
 partes emturire satagit, interim penes ipsum hujus emti-
 onis partialis periculum sit l. 38. §. 2. ff. mand. vel contr.
 (11) Idem si degustationi dies præfinitus interim donec
 hic veniat l. 4. ff. eod. Dn. S. Stryk. tr. de Iur. sens. disp. 6. c.
 2. n. 2. & seqq. & sic interim emtor a contractu resilire Id.
 eod. n. 5. (ubi & prælaud. Auth. in numm. seqq. notabilia
 de periculo vini degustandi tradit) quæ tamen degusta-
 tionis conditio citra expressam conventionem non præ-
 sumitur, sed emtio per averfionem facta censetur Dn. Str.

H 3

tr.

IZV HALLE

tr. de jur. sens. disp. 6. de Gust. c. 1. n. 9. & seqq. Quid vero
 juris si re sub conditione vendita pendente hac vel emtor
 vel venditor decesserit pete ex l. 8. pr. ff. eod. Denique
 (12) notes, quod, si ante exolutionem pretii, aut fidem de
 pretio habitam, præsentissimum evictionis periculum
 metuat emtor *interim* donec venditor sibi caverit preti-
 um retinere possit l. ven. ff. de per. & com. r. v. id quod
 bene multa Authorum auctoritate probare instituit Cel.
 Dn. Brunn. ad. d. l. n. 2. & seqq. qui vero sibi consulere
 possit emtor, qui duntaxat probabili metuendi ratione
 nititur vid. apud Eundem d. l. n. f. Sub finem hujus po-
 sitionis commode mihi incidit de pupillo quaestio: Ad-
 hibita tutoris sui Auctoritate pupillus ex adita hereditate
 quadam vendidit, queis are alieno se liberare vult, post ob dam-
 num ex hereditate emersurum abstinendi beneficio utitur;
 an hac *INTERIM* pupilli venditio valeat? Ad quam
 affirmative resp. ex l. 44. ff. de acquir. vel amitt. her. co-
 quod ipso jure pupillus hic filius sui parentis hæres fuerit
 vid. l. 2. ff. de separ. Dn. Brunn. in terminis ad h. l. hunc
 casum l. tradens; addo quod & hæc ipsa, quæ bona fide
 medio tempore gesta sunt, rata habeantur.

TH. X.

Nec divortium facit, quantum conditionem spectat,
 secunda contractus consensualis species, scil. locat. &
 conductionis (Canonistis contractus ad firmam dictus c. 8. de
 decim. r. fin. ne præl. vices suas c. 9. loc. & cond. Hahn ad
 Wesenb. N. 3. sub fin.) l. 20. ff. loc. cond. etiam si merces pro
 locat. & cond. sub conditione, quanti T. aestimaverit, sit
 constituta, *interim* dum ista ab hac definiatur in pen-
 denti est, sin vero hic vel noluerit vel nequierit hanc defi-
 nire, locatio & conduct. hæc habetur nulla l. 25. pr. ff.
 loc. cond. Præterea is (a) qui rem emit, aliquando *inter-*
 im

in eandem conducit, donec venditori pro hac pretium
 sit exolutum l. 20. §. 2. ff. loc. cond. Add. Bachov. in not. ad
 Treutl. vol. disp. 29. d. 2. utique rem sub pacto additionis
 in diem sibi venditam & traditam l. 11. §. 12. ff. quod vi
 aut clam. (b) Sic pignus creditori traditum interim ab
 hoc domino locari potest l. 37. ff. de pign. act. ita tamen ut
 ille possessionem nihilominus retineat d. l. & l. 37. ff. de
 acquir. vel amitt. poss. (c) Conductor rem sibi locatam
 in quantum scil. jus suum sese exerit interim hanc alii sub-
 locare concessum est l. 7. & 8. ff. loc. cond. l. nemo C. eod.
 ibique Dn. Brunn. Add. Mev. p. 4. d. 101. 102. etiam mer-
 cede majori atque ipse tenet Struv. dec. sabb. 20. Imo
 primus conductor ante locatoris finitum tempus interim
 alium substituere potest, ceu de Studioso nondum lapso
 termino e domo conducta recedente tradere instituit
 Dn. Brunn. ad l. 7. n. 3. ff. eod. per laud. ibidemque Auth.
 Ita tamen ut secundi conductoris bona in prædia urbana
 illata, pro parte conducta, primo locatori obligata sint
 l. 11. §. 5. ff. de pign. act. Add. jam laud. Auth. n. 4. & Lau-
 zerb. adh. t. p. m. 396. Quod non ita expeditum videtur
 in operis vel operarum conductore Idem Brunn. eod. n. 5.
 Sic & (d) si res aliena alicui sit locata, & conductor hac
 usus fuerit interim pro usu is sibi facto locatori tenetur l.
 19. §. fin. ff. loc. cond. Hic quaeritur, quid juris sit si lo-
 cator rem locatam, in qua jus protimiseos conductori in con-
 tractu ab illo constitutum fuerit, vendat, conductor vero re-
 trahere velit? Et resp. conductor quidem pendente lite
 super retractu interim locatori pensiones solvet, illo ta-
 men postmodum existente victore has in pretium & u-
 furas locatori adnumerabit, eo quod hic conductor, ab
 ipso factæ denunciationis momento verus emtor debeat
 censerique retrahendo heic in locum statim emtoris
 trans-

transire gestit *Mev. p. 2. dec. 206.* quem in hoc casu allegat *Dn. Brunn. ad l. 25. n. 10. sub fin. ff. loc. cond.* Aliud si locator ipsi conductori se vendituram rem locatam nude promiserit, & alii demum vendiderit; quo in casu citra dubium obtinebit emtor, cui *Asinina* (ut *Brunn. mox cit. l. ait*) conductoris possessio obesse nequit; ceu hoc iudicatum refert *Cel. Dn. Brunn.* per laudata *Doctorum ad l. 26. ff. loc. cond. n. 2. & seqq.* ubi & *Berlichii p. 1. decisioni 123.* lxxviii dat, qui ex hac promissa venditione conductorem a Iudice immisionem petere posse autumat. Porro (e) rem aliquam emens, hanc *interim*, donec pretium exolvatur a se venditori, ab hoc conducere potest *arg. l. 16. ff. de per. r. v.* (quæ de servo emto & post *interim* conducto agit) *ibique Gothofr.* Eodem modo (f) & rem pignori datam *interim* abs creditore conducere licebit *l. 37. ff. de acquir. poss.* Imo (g) Iudex sequestratione facta, *interim* rem locare potest *Mev. p. 2. d. 343.* quod tradit *Ex. Dn. Zaunschliff. Tr. suo de O. I. S. P. 2. C. 2. §. 2.* His adde sis quod operis locatione per averisionem facta *interim* dum hoc ad probetur, periculum conductoris habeatur *l. 36. ff. loc. cond.*

TH. XI.

Reliquæ sunt duæ *consensualium* species hæc *societas & mandatum.* De utroque notes, quod si sub conditione contrahatur *l. 1. pr. l. 6. ff. pro soc. & l. 1. §. 3. ff. mand. arg. l. actus ff. de R. I. & l. in re mand. l. 21. C. mand. vel contr. interim* suspendatur, ex communi conditionis natura (ceujam supra aliquoties dictum) quæ actus omnes suspendere amat. De illo etiam, quod si a sociis communis utilitatis ergo sub conditione debitum contractum fuerit, & hac pendente dissolvatur *societas interim* sibi

in vi.

invicem socii de solvendo ære alieno cautiones præstare debeant. l. 27. l. 28. ff. pro soc. De hoc vero, quod (1) mandatarius in diem fidejuberi jussus, si ante diem fidejusserit atque exolverit, interim, donec dies adveniat, mandantem obligare nequeat l. 22. pr. & §. 1. ff. mand. vel contr. l. 51. ff. eod. (2) quod mandanti, interim, dum res adhuc sit integra, mandatum revocare liceat l. 22. §. ult. ff. mandat. (3) quod mandatario orbitas sui mandati egredienti, licet is hoc passu stricto jure mandantem obligare nequeat, ex æquitate detur interim retentio rei, usque dum sibi satisfactum sit Dn. Brunn. ad d. l. 22. pr. ff. mandati.

TH. XII.

Subsequitur nunc contractuum species altera, quæ innominatas complectitur; de quibus, cum Imperator in Inst. (quarum methodi vestigiis insistimus) aut nihil aut parum agat Add. Celeb. Dn. Vultej. ad §. fin. de mand. n. 3. & hi ob generalitatem suam nominatis admodum vicini habeantur vid. itidem prælaud. Dn. Vult. d. §. f. numm. seqq. & Gothofr. ad rubr. tit. de præscript. verb. Manz. ad §. 28. Inst. de Act. n. 26. infinitos heic per omnes species horum casus ad nostrum INTERIM fors accedentes excogitasse operæ pretium esse nequidquam puto, ubi nos partim ad proxime præcedentia maximam partem his vicinia, partim ad generalem conditionis, & quod hi ipsi fovent, synallagmatis indolem ablegaverimus, si quidem dum illa pendeat vel res adhuc sit integra, interim utique animum mutare, dicta & facta revocare, poenitere, & in totum ab his resilire liceat vid. t. t. passim ff. causa dat. c. non sec. & r. seqq.

I

TH.

IZVHALLEI

LInquimus itaque hos *innominatos*, & properamus ad
quasi contractus; de quibus, quatenus hi ipsi **I N-**
T E R I M nostrum tangunt, hæc observationem me-
 renria in scenam producimus. Et (1) quidem, quod, si
 quis pupilli negotia gerere cœperit, & hic *interim* pubes
 fiat, nihilominus illi ipsi quasi contractu *neg. gestionis*
 teneatur *l. 15. ff. de neg. gest.* nisi pubere jam facto aliud
 negotium gestum fuerit *h. l. quod & in filiofam. & servo*
d. l. 15. & l. 16. ff. eod. (2) Eodem quasi contractu tene-
 bitur is, qui testamento posthumo suo frustra sperato tu-
 torem dederit, isque *interim* ejus intuitu aliquid impen-
 derit *l. 29. ff. eod.* sin vero speratus hic postmodum nasci
 contingat, & quid eo nomine gestum fuerit, tutelæ te-
 nebitur *d. l.* (3) si qui pro absente *interim* necessaria solvunt
per l. 41. d. t. ut si v. c. pro rustico absente belli tempore
præsentes reliqui collectas interim solvunt, id quod in ter-
minis tradit Dn. Brunn. 2. d. 47. quippe quod in dubio,
 si ubi quispiam in personam vel bona alterius quidquam
 impenderit, ne facta quidem protestatione animo repe-
 tendi fecisse putetur *vid. Schneidov. ad t. d. Act. rubr.*
de Act. neg. gest. n. 7. p. 882. nisi donandi animo impensæ
 factæ fuerint *per l. sed videamus 4 ff. h. t.* qui tamen præ-
 sumi non solet, cum aliud quidpiam liceat colligere sal-
 tem conjectura *arg. l. cum in debito 25. pr. ff. de probat.* nisi
 sanguinis conjunctio, vel aliæ justæ causæ diversi quid sua-
 dere videantur, *Doctores passim h.* Sic (4) ex quasi con-
 tractu *rerum sc. communionis* obligatio (accuratissime
 huic adjectum est, quantum ad administrationem, a *Magnif.*
atque Celeb. Dn. S. Stryk. in sæpius laudato oppido erudito,
 inque succum & sanguinem cuiuslibet Themidos militi ver-
 tendo *Tract. de Act. for. s. 1. m. 9. §. 3.*) enascitur ei, qui in
 rem

rem communem expensas fecerit, quas, etiamsi hæc ipsa interim perierit, locius impendens ab alio pro rata repetere potest *l. 9. l. 11. ff. comm. div.* Imo socii hæredes ipsi tenentur, si quid damni defunctus in re communi dederit *l. 10. pr. eod.* An vero, (5) si quidem socius pro socio rem communem oppignoraverit, ante solutionem debiti interim ad divisionem provocare possit *vid. Heeser. de bon. comm. p. 2. l. 3. n. 58. &c.* Attamen socii, si quid rei communis sub conditione ipsis debetur interim de rata præstanda sibi invicem cavere debent *l. 16. ff. comm. div.*

TH. XIV.

Porro ex quasi contractu hereditatis sc. communiõne socius, qui victoriam de hereditate ex asse obtinuit interim vel sub conditione instituto & non agere valenti, vel apud hostes sententiæ tempore degenti socio obligatur *l. 7. ff. fam. herc.* Sic communis rei hæredes etiam apud hostes existentis ob factas in hanc expensas sibi invicem quasi contractu interim (ceu bene adnotat Gothofr. b.) obligantur, sicuti Papinianus contra Marcellum respondit *l. 22. §. 5. ff. fam. herc.* ita ut ipsa hæc res simul cum præstationibus personalibus interim fam. herciscundæ iudicio subjaceat *d. l. conf. Dn. Brunn. ad h. l. n. 8. Papiniano & Ulpianus* subscribit in re etiã non amplius existente *seq. l. 24. eod.* Imo & interim propter spem postliminii adjudicari poterit *l. 23. eod.* cujus legis utilitatem ampliat & ulterius extendit *Dn. Brunn. ibid. n. 3.* Nec minus cohæredes in casu *l. 31. ff. fam. hercisc.* quasi contractu tenentur illi ipsi cohæredi, qui servum pignori obligatum luit, licet interim is decesserit, saltem quoad præstationes personales pro rata. Quem casum in terminis, at paulo aliter, expositum vide sis apud sæpissime laudat. *Dn. Brunn. d. t.*

DEnique qui ignorans indebitum (quod & aliquando promutuum dici solet) solvit, accipientem quasi contractu ad repetitionem sc. interim soluti obligatum habet v. t. ff. passim de cond. indeb. quippe quod is, qui indebitum accepit, tanquam mutuum accepisse censetur l. 1. §. 3. ff. de O. & A. puta autem, si res fungibilis fuerit, in species, commodius ad commodati indolem referri videtur, per tradita Celeb. Dn. Brunn. ad l. 7. ff. de cond. indeb. ibique laud. Struv. add. Dn. S. Stryk. Tr. de Act. for. s. 1. m. 9. §. 24. in tantum ut & obligatio hæc, quasi contrahente defuncto ad hæredes ejus transeat arg. l. 12. ff. d. 2. Idem (2) in eo, qui sub conditione vel in diem certum debitum ex errore solvit, interim, pendente conditione, vel die nondum existente l. 10. l. 16. l. 48. l. 56. ff. de cond. indeb. Aliud si conditio sit certo certior & infallibiliter aliquando exitura l. 17. l. 18. ff. eod. (3) etiam si, quod putare aliquis debebat, novandi animo sub conditione promissum demum pendente hac exolvit interim l. 60. §. 1. ff. eod. cæterum verus debitor interim soluto, pendente judicio, creditorem sibi non obligat, nec hoc ipsum repetere valet, licet postea sententia judicis iste absolutus fuerit l. 60. ff. de cond. indeb. ob naturalem debitoris obligationem, quæ judicis iniqua sententia & voluntate mutari nequit l. 28. ff. h. t. nisi ejusdem commatis sit naturalis obligatio, quæ de jure improbari solet Lauterb.

h. laud. a Dn. Brunn. ad d. l.

60. ff. d. 1.

MEM-

MEMBRUM VIII.

THES. I.

His sic discussis pervenimus tandem ad obligationem, quæ quidem se fundat in facto aliquo, at eo illicito, quod vulgo *delictum* audit, quin, modo *admissum*, modo *maleficium*, modo *facinus*, modo *flagitium*, modo *crimen* & *peccatum*, uti hæc congeffit I. Mejer Colleg. Argent. ad ff. t. de privat. delict. §. 2. Est vero delictum vel privatum vel publicum per rubr. ff. de priv. del. & Inst. de publ. jud. conf. Exc. Dn. Pagenstech. ad libr. 4. Inst. aph. 2. & 3. Math. Wesenb. ad t. de privat. delict. de quibus nunc brevissimis & (ut olim Impp in l. 5. C. de naufrag. causam de submersis navibus tractabant) levato velo ex instituti commodo acturi sumus. Proinde notamus (1) quod si fur deprehendatur, interim, donec rem furtivam, quo destinarat, detulerit, manifestus habeatur l. 3. §. 2. ff. de furt. junct. l. 4. & 5. eod. Quot modis vero fur dicatur manifestus (id quod in transitu) videre est apud Hahn. ad Wesenb. N. 8. ff. de furt. Sic & (2) furtum nemo, interim, donec rem fraude contractarit, commississe dicitur arg. l. 1. §. 1. ff. de furt. & l. 22. ff. eod. licet vel verbo vel scripto quis furtum alicui minatus fuerit, vel furandi causa conclave aliquod intraverit l. 21. §. 7. ff. eod. arg. l. 41. §. 1. ff. ad l. Aquil. Add. Manz. ad §. 1. Inst. de furt. n. 6. Hahn. ad Wesenb. N. 4. de furt. Quod ipsum tamen quidam mutatum volunt Iure Canonico c. tres personas 23. quest. 4. Hæc queritur, si quis duntaxat libidinis sua explenda causa meretrici fores conclavis effregerit & **INTERIM** fures in hoc se immerserint, an iste furti teneatur? Id quod ex facto consultus recte negavit Ulpianus l. 39. ff. de

de furt. Cæterum, si quid furto ablatum *interim* deterioratum aut melioratum fuerit, pretium æstimari solet, ex eo ipso tempore, quo istud plurimi fuit *Barbos. in l. 8. divortio §. fin. p. 1. n. 63. ff. solut. matrim.* quem juxta alios laudat *Celeb. Dn. Brunn. ad l. 50. ff. de furt. n. 4.* Etiam rei hæreditariæ *interim* prius quam hæres adeat & sic possessionem nanciscatur, furtum fieri nequit, nisi hæc surrepta fuerit, cui defunctus hanc obligaverit, uti v. c. *pignore, commodato &c. l. hæreditaria 68. ff. de furt. l. 2. §. 1. l. 6. ff. expil. her. l. 1. §. Scævola 15. ff. si is, qui test. lib. esse poss. Add. Dn. Brunn. ad l. 68.* Quid, si servus pignori datus *interim* creditori furtum fecerit, obtineat, pete ex *l. 31. ff. de pign. act.* Idem, quod de furto jam dictum fuit & de rapina dicendum autumamus, per tradita *Lauterbach. ad t. ff. pr. de vi bon. rapt.* Sic & rem redhibitorio ob *interim* damnum datum ex delicto contra damnificantem obligatio nascitur *arg. l. 11. §. 7. ff. ad L. Aquil.* eo quod redhibitorus *interim* dominus censetur.

TH. II.

Porro heic literis consignari meretur in genere, quod
 (1) delinquentes furore correpti *interim* puniri non soleant ob animæ imminens periculum *Carpz. 3. quest. 145. num. 22.* Idem sic (2) quod servus delinquens *interim* libertatem consecutus non ut liber sed servus puniatur *l. 1. pr. ff. de pæn.* (3) Statuliber delinquens, *interim* dum status ipsius in pendentem est, ob spem libertatis non ut servus, sed liber puniatur *l. 4. ff. de quest. l. 9. §. 16. ff. de pæn.* nec de illo ipso *interim*, dum conditio pendet, quaestio habeatur *l. 9. §. 3. ff. de quest.* (4) quod is, qui se liberum esse firmat, *interim*, dum de liberali causa agitur, quaestioni non subjaceat *l. 12. ff. de quaest. Idem interim, si sit impubes seu minor 14. annis l. 10. l. 15. §. 1. ff. cod.*

Huc

Huc in super (5) pertinet, quod si mulier prægnans & uterum gestans capitali iudicio damnata sit, donec pariat, interim supplicium differri soleat *l. 18. ff. de stat. hom. l. 3. ff. de pen.* etiam si in carcere sit imprægnata *Gothofr. ad d. l. 3. lit. l.* sic eodem modo quæstio, fustigatio imo & relegatio aliquando *Schuz. ad ff. de stat. hom.* in primis *vid. Dn. Brunn. ad l. 18. ff. d. t.* (ubi & quæstionem movet *an scil. mulieribus gravidis juramentum testium remitti debeat?* Id quod cum *Mev. p. 5. d. 81.* haudquaquam probatum it. *Add. Exc. Dn. Zaunschl. disp. de jur. grav. & grav. th. 13.* contenta in *Operibus* suis, qui oppido notabilia tradit. (6) Si mater subditicii partus rea postulata decesserit, nec sit, qui vel conveniri vel puniri possit, interim, hæc cognitio in puberem usque ætatem deferri debeat *l. 2. ff. de Carb. ed.* (7) Si uxor ventris nomine in possessionem missa sit, adulterii interim cessat accusatio *l. 8. ff. de ventr. in poss. mittend.* Equidẽ plura heic addi potuissent, verum cum hæc ipsa publicum potius jus spectent, falcem meam in alius generis messem non mitto, qui hæc quasi per saturam mantissæ loco adjecisse sat arbitror, proinde & hanc thesin claudo.

Sunt itaque hæc, quæ pro tenuitate ingenii mei & crepida etiam de *Jure ad Rem s. obligatione*, eaque cum *naturalitum civili* circa sapius dictum INTERIM collegisse necesse duxeram. Restaret jam nihil nisi quod jam ex ordine & methodo superius tradita cymbulam meam porro ita dirigerem, ut & nunc secundis ventis vastissimum istud actionum pelagus, quod *tertium juris nostri* constituit *objectum* ingrederer. Verum, præterquam quod veritus sim, ne in leges dissertationis Academicæ ob nimiam prolixitatem haud leviter peccarem, & hic pecu-

peculiari otii & studii labor videbatur, non una quidem
 sed bene multæ profundioris cogitationis prægnantissi-
 mæ rationes in contrariam me non tam ducebant atque
 impellebant, cursum ut hunc cymbæ meæ, jamdum li-
 cet quasi delineatum heic vel invitus sisterem, quem ta-
 men, si quidem Fata vitam & vires concesserint, ex alio
 fors tempore cum accuratiori & maturiori crisi redinte-
 gratum, & quæ forte jam desunt suppletum ire modeste
 gestiam. Interea Tibi, Benignissime Deus, Pater cœle-
 stis Optime, pro Sp. Tui sancti quam clementi assistentia,
 debitas, easque immortales gratias perquam lubenti &
 pura mente dependo, tenerrimis & enixissimis in simul Te
 precibus sollicitans, ut me porro, meamque studiorum ca-
 rinam, siquidem *commodatis abs Te facultatibus utimur*,
 & quasi precarii [cei bene ex *Salviano Gothofr. ad l. 15. S.*
1. lit. t. ff. de precar. ait] possessores sumus; ita dirigere di-
 gnare, ut omnia in primis in Tui S. S. Nominis & ado-
 ream & summam gloriam, proximi emolumentum, ne-
 cessariorum non minus ac Amicorum gaudium & de-
 lectamentum, propriam denique, sic quidem tempo-
 ralem, at maxime æternæ felicitatis salutem cedant, de-
 vergant! Jehovah e superis hisce Tu annue votis! De
 cætero, cum nunc, postquã per Dei gratiã fluctuum cana-
 eluctatus sum, cominus portum intuear, *L. P. & Amicũ* di-
 utius nullus morari sustineo, qui citra verborum
 bullas & pompam heic figo
 anchoram

INTERIM.



Corollaria varia.

I.

In culpa & tutela moderamine oportet limites regantur tum ex natura, tum ex civili Jure

II.

Duo delicta inaequalia eandem aliquando sufferre poenam haud injustum est.

III.

Fus Justinianum citra quodpiam necessitatis telum & coactionis à Statibus Imperii receptum tralatitium remur.

IV.

Contra Principes titulus praescriptionis laudari nequit & res est alea plena periculosa.

V.

Obstagia frequentissime magis obsunt ac profunt creditori aequae ac debitori, proudeque recte saluberrima Constit. anno 1577. sublata leguntur.

VI.

In Nov. H5. c. 3. minores quidem causa & leviores non item pares & hisce graviores excludantur.

VII.

Alleeng yum certis in casibus Rempubliam tolerare posse autumamus.

R

VIII. Fen.

IZV HALLE



VII.

Feudum potius Paternum presumi solet atque novum.

IX.

Feudi alienatio Ecclesie fieri nequit citra insigne Agnatorum prejudicium.

X.

Filius a Patre exheredatus nihilominus ipsi in feudo succedere potest.

XI.

Licet ex uno solenni Actu res in feudum dari solita existimetur, tutior tamen & solidior eorum videtur opinio, qui ad hoc uno plures requirunt.



Ad Nobilissimum & Literatissimum

DN. CANDIDATUM

DN. NICOLAUM à DOHREN,

Discipulum & Amicum charissimum,

OTTONIS PHILIPPI ZAUNSCHLIFFERI, D.

Epigramma celeusmaticum.

T*yndaride fratres, Castor Pollux que celebres*

Conjuncti tanto semper amore sibi,

Ut, pugna cæsus cum Castor succubisset,

A Iove concessam (gratia rara fuit)

Vitam immortalem cum Castore participaret

Pollux, alterna hinc sydera chara micant.

DOH-

DOHRENI! frater cum Juris nobile sydus

Ille Tuus prudens † occidit ante diem;

Si vives fratrique simul concedere vitam

Et scriptis debes: Vive valeque diu!

† Ioh. Tac. a

Dohren. I.

V.L. clariss.



Ad Nobilissimum Dn. Candidatum.

Non tam parva lacris reperitur vocola litris,

Ingentes montes quin ea ponè trahat.

Vox ea, qua Philyras plus quam bis quinque replesti,

An de Pandectis non quoque monstrat idem?

Fæcundum sanè est Scriptorum Corpus utrumque,

Nullius ingenium ut noscere cuncta queat.

Doctior est tantò quivis, quo novit utrinque,

Plura; magis sapiens, quò meliora tener.

Tu *Cognate*, viam si quam teris urseris ultrà,

Te, quantum satis est, jura tenere probas.

Hinc meritò doctum, sapientem jure vocamus,

Et viridi lauro tempora docta micant.

Gratulor anlati Tibi præmia tanta laboris.

Virtuti ô faveant terra polusque Tuæ.

Ita egregium eruditionis Specimen Nobilissimi Domini Candidati non ut debuit, sed ut potuit sincerotamen animo prosequeretur.

GEORGIUS OTTO Lingg. &
Poës. Prof. ordinarius.

Uc

VT placuit divæ Tibi, DULCIS AMICE, Themistos
 Dogmata scrutari nocte dieque sacra;
 Sic parat illa Tibi jam digna dedisse brabea,
 Nomina DOCTORIS nempe dedisse parat.
 Nos Tibi cordicitus tales gratamur honores,
 Sint fausti, census Attalicosque ferant.

*Ita Nobilissimo atque Doctissimo
 Domino Candidato Amico
 suo Integerrimo congratulantur.*

M. JOH. RIESNER parens & filius
 JOH. ANDREAS RIESNER
 Medicin. Licentiat.



VIRO JUVENI

Nobilissimo atque Pereximio,

DN. NICOLAO à DOHREN,
 Politissimo Juris Utriusque prolytæ,

animitus gratulans

Ode Alcaica & Horatiana

CASPARIS BAUMII, Hassi,

Pompofa bullis sæpe superfuit
 Per disputantum charta panegyris;
 In fronte turget, arefactos
 Propudiosa per umbilicos,
 Sinceritatis Tu deamantior
 Dohreniorum Gloria posthuma,
 Themistriam Tibi absque flatu
 Acceleras stadio curulem.

Con-

Contentus unâ voce , per INTERIM

Passu superbis amphitheatrico ,

Et in medullam per medullas

Digrederis graviore plausu.

Per jura pulsas *emphasin* INTERIM ,

Non multa balans, gnaviter interim

Gravitérque legum dans sonorem ,

Caucasei similem leonis.

Cum *Patre Frater*, nunc in Olympicis

Lati triumphis, præstiterant viros

Dohrenios , Tu Tete præstes

(Ominor & rogo) *Nicolaum*,

Victor popelli, victor inermium

Rostrariorum, protege, vindica

Captivitatis ejularu

Justitiam tetrico frementem,

Semotus armis † *Interimisticis* ,

Intactus omni prodigio truci ,


Per filios Justiniani

Lumine perpetuo refulge.

† *Interim* A. O. R. 1584. die 15. Maji Augustæ Vindellicorum fuit introductum , unde Protestantium extat acrostichon :

Impia Nunc Teuto Et Romanos Inveho Mores ;

quod D. Phil. Melancton Germanicè reddidit *Ihr Nâr-rische &c.*



Connubiô quisquis Natam sibi jungere gaudet,

Sollicitô Matrem jungit amore prius.

Sit Mater Virtus, Honor & sit Filia Matris,

Cui favet Illa prius, Filia parta manet.

Vir-

IZVHALLE

Virtutem pietate Tibi Matremque dicasti,
 Filia in amplexus, hinc Tibi venit Honos.
 Det Deus ut felix, faustumque sit atque beatum
 Connubium præsens, DOHREN amice, Tibi.

ἑὺδοκίμων hoc

*Pietatis ac Eruditionis Laude politissimo Viro-
 veni, DN. NICOLAO à DOHREN, com-
 mensali suavissimo, Amico integerrimo apponere
 volui, faustum cœtera iter, felicemq; in pio propo-
 sito successum ex animo apprecatus.*

J. D. ANDREÆ P. M. C.

IN Cathedrâ Themidis cum digna Brabea reportes
 Hisce tibi paucis gratulor ex animo.

C. W. H.

Nobilissimo & Charissimo

DOMINO DOCTORANDO.

NOscere qui gestit, quantum rationis acumen
 Hoc referat specimen, volvat & hocce legat!
 Est stylus heic tersus, sic Palladis arte politus,
 Ut res cum verbis convenienter eant;
 Assiduis sacri sinuosa volumina juris
 Volvisti, præsens hinc Tibi surgit honos;
 Nos igitur merito Tibi nunc gratamur honorem,
 Quem præsens Tibi dat dexteritatis opus,
 Atque Deum magnum totâ sic mente precamur,
 Omnibus ut cœptis annuat Ipse Tuis.

*In solennis consensus
 elogium fuderunt*

COMMENSALIS.


L. B. legat p. 14. lin. 11. pro hæreditatem hæreditarium, p. 35.
 lin. 2. Vasalli & Emphyteutæ, Vasallo & Emphyteuta. p. 45. lin. 9.
 vel fideic. p. 46. l. 25. pro dec. disp. p. 52. lin. 26. pro Wissenb. We-
 tenb. Cœtera dexteritas Lectoris facile corriget.

Märburg, Diss., 1698-1707

X 237 3079

W 17





B.I.G.

Farbkarte #13



B. 49.
 MISTICA *G. 2. num. 16.*
4
 is *1699, 1.* *4*
 Furidica
 BULI
 RIM,
 O-SANCTA
 DE
 ORITATE
 ne Consultissimi
 ORDINIS
 UM CELEBERR.
 TIA
 summos honores
 ni
 academiae Procerum
 Collegio
 IC.
 OHREN
 ANUS.
 ORUM,
 Acad. Typogr.

KÖNIGLICHES
 UNIVERSITÄT
 ZVHALLE

ZVHALLE

